διαπηγμάτων καὶ τῆς σανίδος τράπεζα. οὕτως δὲ ταθέντων τῶν ἡμιτονίων καὶ τῶν ἀγκώνων εἰς τὸ ἐκτὸς ἀναπεπτωκότων, τοῦ μὲν ἐν τῷ α β γ δ, ἔπειτα πρὸς τὸν ὥσπερ τοῦ ς ς. τοῦ δὲ ἐν τῷ ε ζ η θ ἐπὶ τὰ πρὸς τῷ φ, ὥσπερ τοῦ χ ς. δεῖ δὲ τὴν τοξῖτιν νευρὰν κατάγειν ὡς εἴρηται καὶ ἐπιθέντα τὸ βέλος ἀποσχάζειν ἡ δὲ σύριγξ ἐν ᾧ ἐστιν ἡ διώστρα καὶ τὸ χελώνιον καὶ ἡ χεῖρ. ἐπὶ μὲν τῶν εὐθυτόνων σύριγξ κέκληται. ἐπὶ δὲ τῶν παλιντόνων κλιμακὶς ἐπειδήπερ πλεῖον πλάτος ἔχει καὶ πήγμασι συνέχεται πλείοσι, καθάπερ καὶ τράπεζα. γίνεται δὲ ἡ κλιμακὶς οὕτως, διάπηγμα κατασκευάζεται ἐκ τεσσάρων κανόνων συνεστηκός ἐπὶ δὲ τὸ μέσον ἔχον κατὰ τὸ πλάτος ἄλλους κανόνας πεπηγότας ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ μῆκος κανόνων ἵνα ᾖ τὸ γινόμενον κλιμακίς. ἐπάνω δὲ τῶν κατὰ τὸ μῆκος κανόνων, τουτέστι τῶν διαπηγμάτων κανόνια β ἐπιτίθεται, ἴσον μήκη τῇ κλιμακίδι παρὰ τὰ σκέλη αὐτῆς. ταπεινότερα δὲ τῶν σκηλῶν τῆς κλιμακίδος ἐφ᾽ ἃ ἡ διώστρα κινεῖται ἔχουσα τὸ πλάτος

*tamen* ἴσον

ἴσον τῷ διαπήγματι τῆς κλιμακίδος. αὕτη οὖν ἡ κλιμακὶς τίθεται ἐπὶ τὴν σανίδα τὴν κειμένην ἐπὶ τῶν ϛ ω χ ψ διαπηγμάτων ὅλον δὲ τὸ ἐκ πάντων συντεθὲν ὄργανον ἐπιτίθεται ἐπὶ τὴν βάσιν. καλεῖται δὲ πτέρυξ αὐτὸ τὸ ὄργανον ὅλον. λαμβάνει δέ τὰ ἡμιτόνια ἀντηρίδας ὧν τὰ μὲν ἄκρα ἐν τῇ κλιμακίδι * ἐρήρειται. τὰ δὲ ἕτερα πρὸς τοῖς ἄνω περιτρίτοις ὅπως τῆς καταγωγῆς γινομένης, μὴ ἐκτείνη τὰ ἡμιτόνια τῆς νευρᾶς αὐτὰ ἐπισπωμένης. Αναβληθέντων δὲ τῶν ἀγκώνων διὰ μέσων τῶν τόνων δεῖ ἐπιστρέ-

* διερήρειστα

*tamen at eandem cum Climacidis Diapegmate latitudinem habens. Locatur autem hac Climacis ſupra tabulam, quæ Diapegmatibus* YZ, AB, *inſiſtit. vniuerſa uero Machina ex his omnibus conſtans, baſi imponitur, & appellatur Pteryx* id eſt Ala. *ſuſcipit autem Machina hac tota, Hemitonia, & Anteridas.i.*fulcra *quarum extremitatum, hæ Climacidi illæ uero ſuperioribus Peritretis adnituntur, quod ſit, ne attactione facta Hemitonia eodem neruo attrahente diſtēdantur. Traiectis autem per medios tonos vel neruos.*

Machina cum Menſâ, tabulâ Climacide Dioſtrâ, Hemitonijs & eriſmatibus



*Oportet autē Choenicidas ferreo vecte conuertere annulum habēte, in quem ipſius chœnicidis pars eminens inijcitur. Vt autem brachia eam quam diximus nanciſcantur inclinationē, neceſſe eſt Arcus neruum ita tēdere ut brachia ab eo contenta parum hinc inde à Paraſtatibus diſtēt ne brachiorum impetu concuſſi frangātur et frāgāt, oportet autē ferreas laminas apponere et clauis firmare ijs inquam locis apponere quæ paſſioni magis uidentur obnoxiæ. Praeterea in ipſa conſtructione, lignis uti neceſſe eſt robuſtiſsimis, ut dicta loca quantum magis fieri poterit confirmentur. illud quoq; curandum, ut è materiá machina cōſtruatur, leui, paruiſq; lignis, habita uidelicet ratione Diapegmatis, molis, & pōderis machinarum. neque enim ut plurimum in præſentē neceſsitatem fabricantur, quamobrem procurandum eſt ut ad circumferendum commoda fiant: facile ita ſolutiles, leues nec magnis ſūtibus comparatæ. Peritreta uero, ad Rombi modum efformantur uti brachiorū extremitates quæ arcus neruum continent magis*

*inter*

φειν τὰς χοινικίδας μοχλῷ σιδηρῷ κρίνον ἔχοντα, εἰς ὃν ἐμβάλλεται ὁ τῆς * ἐπιζυγίδος ὑπεροχῆ. ὅπως οἱ ἀγκῶνες τὴν ἀνάπλωσιν ἔχωσι τὴν εἰρημένην: δεῖ ἐκτείνειν τὴν τοξῖτιν νευρὰν οὕτως ὥστε τοὺς ἀγκῶνας βραχὺ ἀπέχειν ἀπὸ τῶν παραστατῶν ὅπως μὴ συγκρουόμενοι, θραύωνταί τε καὶ θραύσωσι. δεῖ δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς δέοντας τόπους λέγω δὲ τοὺς ὑπομένοντας τινὰ κακοπάθειαν, λεπίδας σιδηρᾶς ἐπιτιθέναι, καὶ ἥλοις συγκοινοῦν καὶ ξύλοις εὐτόνοις χρῆσθαι κατὰ πάντα τρόπον ἀσφαλίζεσθαι τοὺς εἰρημένους τόπους, τοὺς μηδὲν πάσχοντας ἐκ κούφων καὶ μικρῶν συντελεῖν ξύλων στοχαζόμενον. τοῦ δὲ διαπήγματος καὶ τοῦ ὄγκου καὶ ἐπιβάρους τῶν ὀργάνων. οὐ γὰρ κατασκευάζεται, πάμπολλα δὲ πρὸς κατεπειγούσας χρείας, διὸ δεῖ σε πρὸς τὰς μεταφορὰς εὔλυτά τε αὐτὰ εἶναι καὶ κοῦφα, καὶ οὐ πολυδάπανα. τὰ δὲ περίτρητα ῥέμβωται ἕνεκεν τοῦ τὰ ἀγκώνων ἄκρα τὴν τοξῖτιν δεχόμενα πλεῖον ἀπ᾽ ἀλλήλων ἀπέχειν. οὐ μὴν

* χοινικίδος



ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ οἱ παραστάται ἐξεκόπησαν τὰς εἰρημένας κοιλασίας τῆς αὐτῆς αἰτίας ἕνεκεν. καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τῶν παλιντόνων ἐπὶ τοσοῦτον

*inter ſe diſtent. quod non fit ſolũ ſed & in Paraſtatis ob eandem cauſſam cauitates illæ, de quibus ſermo factus eſt; excavantur*

Choenicis cum ferreo uecte annulato



εἰρήσθω. τὰ δὲ * εὔτονα μὲν ἄλλα παρὰ τὰ αὐτὰ ἔχει τῷ παλιντόνῳ, πλὴν ὅτι τὰ δύο ἡμιτόνια εἰς ἓν πλινθίον σύγκειται, ἀπέχοντα ἀλλήλων τὸ τῆς διώστρας πλάτος· διὸ δεῖ οὔτε τράπεζαν, οὔτε τοὺς ἄνω κανόνιας, οὔτε τὰς * περείδας λαμβάνειν. γίνεται δὲ τὰ κάτω δύο περίτρητα ἐξ ἑνὸς ξύλου, καὶ ὁμοίως τὰ ἄνω * συλλογισάμενοι δὴ πάντα πάχη τῶν παραστατῶν καὶ τῶν μεσοστατῶν, οὓς δὴ ἀντιστάτας ἐπὶ

* εὐθύτονα

* ἀντιπερείδας.

* συλλογισάμενος

*& hæc quidem de Palintonis dixiſſe ſit ſatis. Euthytona uero, cætera quidem communia habẽt cum Palintonis, excepto, quod duo Hemitonia, in his, unico Plĩthio continentur, & tantũ, modo, in terſe diſtant quanta eſt ipſius Dioſtræ latitudo. quamobrem nec menſam, nec ſuperiores regulas, nec Anteridas, ſuſcipiũt Fiunt autem duo inferiora Peritreta unico ligno uti etiam ſuperiora. Collige craſsitudines Paraſtatarũ, & Meſoſtatarum, quos Antiſta-*

Antiſtatas, in Palintonis appellamus. Ad hæc & foraminum diametros & ipſius quoque Dioſtræ latitudinem, quæ inter Meſoſtatas intercipitur, adde, & expone ſeorſum in tabella quapiã in aliqua linea, puta AB. Huic ad rectos angulos duc AC, BD, quarũ utraq; ſit æqualis foraminis diametro, aut aliquanto major. Poſthæc centro N, per puncta CD, circuli peripheriam deſcribe CED, & erit tibi CED forma inferioris Peritreti, in Euthytono, in quo duo tantum modo Peritreta exiſtunt. Accipe poſthac AFBG craſſitudinibus Paraſtatarũ æquales, & à punctis FG in tabella, ipſi AB duc perpendiculares FH. GK quod ubi feceris, foramina circinabis, toni ſuſceptiua, L, M, haud ita multũ à lineis FH, GK, remota. Poſthæc, poſitis craſſitudinibus Meſoſtatarum duc ipſi AB ad rectos angulos duas lineas à punctis OP, et erit quod inter OP intercipitur ſpatiũ ipſius Dioſtræ latitudo. His ita conſtitutis, aliã formam parare oportet jam dictæ perſimilem, ut adpactis priori per cardines paraſtatis et Meſoſtatis aliam ſuperimponamus, ſecun-

ἐπὶ τῶν παλιντόνων ἐκαλοῦμεν,
καὶ * ἔστι τὰς τῶν τρημάτων διαμέ- *ἴτι
τρους καὶ τὸ τῆς διώστρας πλάτος ὃ
δὴ μεταξύ ἐστι τῶν μεσοστατῶν ἔκ-
θου, ἐπὶ συνίδος τηλικαύτην
εὐθεῖαν τὴν αβ καὶ ταύτῃ πρὸς ὀρ-
θὰς ἀναγεῖν τὰς α β γ δ, ὧν ἑκα-
τέρα ἴση ἐστὶ τῇ τοῦ τρήματος δια-
μέτρῳ μικρὸν μείζων κέντρῳ περι-
γράφομεν περιφέρειαν κύκλου
διὰ τῶν γ δ. τὴν † γ ε δ καὶ ἔσται *τὴν δὲ
σιτόα β γ δ ε σχῆμα * τῶ κάτω *τὸ
μέρος τοῦ περιτρήτου ἐν τῷ εὐθυ-
τόνῳ τῷ συγκειμένῳ ἐκ τῶν β πε-
ριτρήτων. ἀπολαβὼν οὖν τὰς α ζ
θ β ἴσας τῷ πάχει τοῦ παραστάτου
καὶ ἀναγὼν πρὸς ὀρθὰς ἐν τῇ συ-
νίδι τῇ α β τὰς ζ η θ κ περίγραψον
τὰ τρήματα τὰ δεχόμενα τὸν τό-
νον τὰ μ λ ν * μακρὰν ἀπέχοντα *μικρὸν
ἀπὸ τῶν ζ η θ κ. εἶτα ἐφεξῆς θεὶς
τὰ πάχη τῶν μεσοστατῶν παράγα-
γε πρὸς ὀρθὰς τῇ α β, καὶ ἔσται τὸ
μεταξὺ τῶν ξ ο τὸ πλάτος τῆς διώ-
στρας. δεῖ οὖν καὶ ἄλλο κατασκευά-
σαι ὅμοιον σχῆμα τῷ εἰρημένῳ. ὅ-
πως μετὰ τὸ πηγνύναι παραστάτας
καὶ τοὺς μεσοστάτας δηλονότι τόρ-
μων γινομένων ἐπάνω ἐπιτιθέασι

## Duo Peritreta cum Paraſtatis & Meſoſtatis.






μένῃ καὶ λοιπὸν βάλλοντες τὰ νευρὰ, καὶ τὰς χοινικίδας, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἄνω εἰρημένα. βάλλοντες δὲ καὶ τοὺς ἀγκῶνας ἕχομεν ἐν ἑνὶ πλινθίῳ συνεσταλμένα πολλὰ μέρη τοῦ ὀργάνου.

*ſecundo loco paratam, tũ addamus neruos, Choenicidas, & reliquum omnem apparatum de quo ſuperius uerba fecimus. immiſsis demum brachijs habebimus in unico Plinthio conjectas multas*

multas ipſius Machinæ partes. Brachia uero aptantur uti QR, ST Paraſtatis incumbentia, Meſoſtatæ autem ſuſcipiunt duo Diapegmata extenſa per totam medij ſpatij latitudinem, à quibus tabula ſuſtinetur, quæ ipſam ſyringam ſuſtinet. Pertingit autē per Syringam & Diapegma, cardo qui quidem cardo per cauum impellitur quod in medio fit inferioris Peritreti & Plinthium uniuerſum continet. Cætera uero ita prorſus fiunt, ut in Palintonis declaratum fuit.

νου. οἱ δὲ ἀγκῶνες ἐντίθενται ὡς οἱ* τ ρ γ σ ἀναπεπτωκότες τοῖς παραστάταις. οἱ δὲ μεσοστάται λαμβάνουσι δύο ἴσα διαπήγματα πλάγια δι᾽ ὅλου τοῦ πλάτους αὐτῶν. δι᾽ ὧν βαστάζεται ἡ σανὶς ἡ τὴν σύριγγα ἔχουσα ἐπάνω. ἐκ δὲ τῆς σύριγγος καὶ τοῦ διαπήγματος τόρμος. ἁρμὸς δὲ ὠθεῖται* ἐν τῆς γινομβώης ἐν μέσῳ τοῦ κάτω περιτρήτου ἀνέχων ὅλον τὸ πλινθίον. τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα ὡς εἴρηται ἐπὶ παλιντόνου τὰ αὐτὰ γίνεται.

*τρυν

* ὀπῆς

Plinthium cum brachijs neruis choenicidibus & Tabulâ




quæ uero Entonia dicuntur, ejuſmodi habent conſtructionem. Duo ligna accipiuntur, quadrata, & æqualia, A B, C D, quæ quatuor

Τὰ δὲ καλούμενα ἐντόνια κατασκευάζεται τόνδε τὸν τρόπον. ξύλα δεῖ λαμβάνειν τετράγωνα δύο, ἴσα τὰ α β γ δ, καὶ διαπήγ-

μασι τέσσαρσι συλλαβεῖν ἴσοις τοῖς
ε ζ η θ ὧν δύο τὰ ἄκρα τόρμους ἐ-
χέτω διεκπίπτοντας εἰς τὸ ἔξω μέ-
ρος ὥστε εἰς τὰς ὑπεροχὰς τρη-
μάτων ὄντων σφηνῶσας διῶσαι τοὺς
συνέχοντας τὸ πῆγμα. πρὸς δὲ τοῖς
* ὀνίσκοι ἄκροις τῶν τετραγώνων ξύλων *ὀ-
νίσκον ἔστωσαν πλάγιοι στρεφό-
μενοι οἱ κ λ μ ν τρήματα ἔχοντες.
ὥστε ἐμβάλλεσθαι σκυτάλας ἐν τοῖς
ἄκροις ἢ καὶ ἐν μέσῳ δι' ὧν ἐπιστρα-
φήσονται. ἐπὶ δὲ τοῦ ε ζ η θ δια-
πήγματος ὑπερέχοντα τῶν τετρα-
γώνων ξύλων εἰς τὸ ἄνω μέρος. ὅ-
ταν οὖν βουλώμεθα ἐντεῖναι ἤτοι
τὰ τοῦ παλιντόνου ἡμιτόνια ἢ τοῦ
εὐθυτόνου τὸ πλινθίον συντεθέν-
τες ὡς προείρηται, τόν τε παραστά-
την καὶ ἀντιστάτην καὶ τὰ β περί-
τρητα καὶ προσθέντες τοῖς χοινικίσι
* κατακλειοῦμεν. τὰς ἐπιζυγίδας * κατακλινοῦμεν
ἐπὶ τὰ μέσα διαπήγματα τὰ ε ζ η
θ καὶ σφηνώσαντες καλῶς πρὸς
τὰς ἐκ τῶν διαπηγμάτων ὑπε-
ροχὰς ἐξάψομεν τὴν μίαν ἀρχὴν
τοῦ τόνου ἐκ τῆς μιᾶς ἐπιζυγίδος.
τὴν δὲ ἄλλην ἀποδόντες διὰ τοῦ
ἀντικειμένου τρήματος εἰς τὸν ἐ-
φεξῆς ὀνίσκον ἐντείνομεν, ἄχρις
οὗ

tuor diapegmatibus, id eſt trãſ-
verſarijs, itidem æqualibus, cõ-
nectuntur, quæ ſint E F, G H, ex
quibus duo in extremitatibus
cardines habeant, qui in ligna
quadrata immißi in exteriorem
partem pertingant ita ut in ip-
ſarum eminentiarum foramini-
bus cuneoli adacti pegma totum
firmißime contineant. Extremi-
tatibus uero quadratorum ligno-
rum, ſuculæ, quæ transuerſum
motum habeant, aptentur, ſintq;
KL, MN, in quibus ſint foramina
per quæ uectes traijciantur, ſiue
ad extremitates earum ſiue in
medio per quos uerſentur. Supe-
rant autem quadrata ligna ipſa
Diapegmata E F G H ad ſuperiorẽ
partem. itaq; uolentes Palintoni
Hemitonia, ſeu Euthytoni Plin-
thium intendere, concinnatis uti
dictum eſt Paraſtate & Antiſta-
te, & duobus Peritretis, impoſi-
tiſq; ipſis choenicidibus epizygi-
das, conſtringentes media Dia-
pegmata E F G H & cuneolis per
eminentias adactis probè firmã-
tes; alterum principium toni al-
teri epizygidarum nectentes al-
terum autẽ per oppoſitum fora-
men immittẽtes in conſequẽtem
Ento-

Entonium cum ſuculis

Entonij ad toni intenſionem applicatio

O Periſtomis neruum continens
P Κέστρα ſiuè Acus
Q Ῥαμφὶς ſeu Roſtrulum
R Epiſtomis cum inuoluitur tonus









*referemus ſuculam, tum intendemus, donec craßitudinis toni è crinibus confecti tertia pars imminuatur: quod ubi factum fuerit, tonum juxta ipſam choenicidem, Periſtomide quadam, comprehendentes ipſumq; ab ſucula ſoluentes, ejus iterum principio per foramiua trajecto in aliam ſuculam referemus, & hoc ita facientes inſumemus paullatim agglomerationem, quæ eſt circa Epiſto-*

οὗ συναιρεθῇ τοῦ πάχους τριχέας τοῦ τόνου τὸ τρίτον μέρος. εἶτα ἀπολαβόντες παρὰ τῇ χοινικίδι τὸν τόνον, περιστομίδι τινὶ, ἐκλύσομεν τὸν τόνον ἐκ τοῦ ὀνίσκου, καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ διαβάλλοντες διὰ τῶν τρημάτων ἀποδήσομεν εἰς τὸν ἕτερον ὀνίσκον. καὶ ταῦτα ποιήσομεν ἀνιόντες κατὰ βραχὺ τὴν ἐπείλησιν τὴν περὶ τὴν ἐπιστομίδα. ἡ δὲ περιστο-

ριστομίς ἐστι ξύλον μῆκος ἔχον ὡς παλαιστῶν δύο ἢ τρία, καὶ ἐκ τῆς κορυφῆς ἀνατομὴν ἔχον πρὸς τὸ τοῦ τόνου πάχος. διαμηρυθέντος δὲ τοῦ τόνου ὅταν τὰ τρήματα δεχόμενα* αὐτὴν δυσχερῶς παραλαμβάνει διὰ τὸ πεπληρῶσθαι δεῖ σιδηρᾶς κέστρας στρογγύλας καὶ λείας οὔσας, καὶ ἐκ τοῦ ἄκρου λεπτὰς* διὰ ὠθεῖν διὰ τῶν εἰρημένων τρημάτων καὶ σφύρᾳ ἐγκρούειν. ἐπὰν δὲ δόξῃ ἱκανὸς τόπος γεγονέναι πρὸς τὸ παραδέξασθαι τὸν τόνον, οὕτως δεῖ διαβάλλειν αὐτόν. ὅταν δὲ καὶ οὕτως δυσχερῶ παραδέχηται *ῥανίδα σιδηρᾶν δεῖ λαβόντα διάραι τὴν ἀρχὴν τοῦ τόνου διὰ τοῦ ἐν αὐτῇ τρήματος καὶ αὐτὴν ῥανίδα λειώσαντα ἐπισπᾶσθαι τὸν τόνον. ὅταν δὲ καλῶς δόξῃ σοι πεπληρῶσθαι τὰ τρήματα: τὸ καταλειπόμενον τοῦ τόνου, ἐὰν μὲν πολὺ ᾖ, ἀποκόψεις† παραλίεγον: ἐὰν δὲ ὀλίγου ᾖ ἐάσεις καὶ *ἐπιλύσεις αὐτὸ περὶ τὸ ἥμισυ τοῦ τόνου. εἶτα διαλαβὼν τὸν ἀγκῶνα τὰ ἑξῆς πράττε ὡς προείρηται. ἐὰν δὲ ἐν ταῖς πυκναῖς καταγωγαῖς ὁ τόνος χάλασ-

[margin: * αὐτὸν; * διωθεῖν; * ῥαμφίδα; * περὶ ὀλίγον; * ἐπειλήσεις]

*piſtomidẽ. Caterum, Periſtomis, lignum eſt duorum triumue palmarum longitudinis; habens in tempore inciſuram toni craſſitudini æqualẽ, ita igitur tono per foramina indito, & inuoluto, ubi foramen recipiens ita ſtipatum fuerit ut nõ ſine difficultate quod reliquum eſt toni admittat, Ceſtram.i.* aciculã *ferream rotundam optimè politam, & in ſummitate præacutam accipere oportet, ipſamq;, per jam dicta foramina impellere, & mallei ictibus adigere. quo facto, ubi uiſum fuerit locum ita eſſe dilatatũ ut tonũ recipere poſſit traijciatur, ſin autem & ſic difficulter fiat ferream Rhamphida,* hoc eſt, roſtrulũ *accipere oportet & toni principio diſpertito, foramen quod in ipſo Roſtrulo eſt, optimè ipſo Roſtrulo leuigato, ipſum tonum attrahere. Poſthæc ubi uiſum fuerit foramina egregiè eſſe farcta, tum quod reliquum eſt toni, ſi multum fuerit, amputatur, ſi vero modicum, linquitur, & circa medium toni conuoluitur. Hiſce abſolutis, applicato brachio, cætera deinceps omnia uti jã dictum eſt efficies. Sin autem frequen-*

*quentioribus attractionibus tonus laxetur, conuertes choenicidas, uti dictum eſt, uecte ferreo annulato. Neruis autem uti oportet humerarijs ſcapularijsq; omnium ſane animalium, ſuibus exceptis, confici enim non poſſunt. Scire autem oportet ualde utiles eſſe humerarios ſcapularioſue cæterorum animalium neruos, eo quod ualidiores in primis ſint atq; robuſtiores, uti ſunt qui ex ceruorum pedibus atq; taurorum ceruicibus, ſumuntur, de que aliis ita pariter exiſtimandum. Cæterum Arcus neruum ex ualidiſſimis neruis nectere oportet. cum enim unicus ſit plurima operatur & ſolus impulſionis impetum ſuſtinet. Diuerſimode autem nerui iſti quibus arcus tenditur nectuntur. ad uſum enim Euthytonorum teretes fiunt. in ipſius enī Teli crenam inmittuntur, quam quidem crenā, quæ attrahit manus, bifida fit ita ut teli craſſitudinis ſit capax. qui uerò nerui ad Palintonorū uſum pertinent, lati fiunt inſtar zonæ, ad extremitates anſas habentes, in quas brachia ipſa immittuntur, in medio autem circa ipſam manum ex ipſis*

χάλασμα λάβῃ, ἐπιστρέψεις τὰς χοινικίδας ὡς προείρηται, μοχλῷ σιδηρῷ τῷ ἔχοντι τὸν *κρίνον. νεύροις δὲ ἀεὶ χρῆσθαι δεῖ ἤτοι *ὠμαίοις καὶ πάντων τῶν ζώων πλὴν *σιῶν. *ὑποίκτα γάρ. διανοεῖσθαι δὲ δεῖ ὅτι εὔχρηστα τὰ νωτιαῖα ἤτοι ὠμιαῖα τῶν ἄλλων ζώων νεῦρα εὐτονώτερα τυγχάνει. οἷον ἐλάφου μὲν τὰ ἐκ τῶν ποδῶν ταύρου καὶ τὰ ἐπὶ τοὺς αὐχένας, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ διανοοῦ οὕτως. τὴν δὲ τοξῖτιν νευρὰν ἐκ τῶν εὐτονωτάτων νευρῶν δεῖ πλέκειν. μία γὰρ οὖσα πολλὰ ἀπεργάζεται καὶ ὑπομένει τὴν τῆς ἐξαποστολῆς βίαν. διάφοροι δὲ γίνονται τῇ πλοκῇ τοξίτιδες. ἡ μὲν γὰρ τοῦ εὐθυτόνου στρογγύλη γίνεται, ἐπείπερ εἰς τὴν τοῦ *ἰσοῦ ἐκπίπτει χηλήν. ταύτην δὲ ἡ κατάγουσα χεὶρ *διπλῆν γίνεται κεχηλωμένη πρὸς τὸ μεταξὺ τῶν *βελῶν δέξασθαι τὸ τοῦ βέλους *πάχος.

Ἡ δὲ τοῦ παλιντόνου πλαγία γίνεται καθάπερ *ζῶον, καὶ ἐκ μὲν τῶν ἄκρων ἀγκύλας ἔχει, εἰς ἃς οἱ ἀγκῶνες ἐμβιβάζονται. ἐκ δὲ τοῦ μέσου ἐξ ἑνὸς τοῦ περὶ τὴν χεῖρα

*κρίκον
*νωτιαίοις
*σύων
*ἀποίκτα
*οἰσοῦ
*διπλῆ
*χηλῶν
*πάχος
*ζώνη

μέρους καθάπερ κρίκον ἐξ αὐτῶν τῶν νεύρων πεπλεγμένων εἰς ὅσον ἡ χεὶρ ἐκβιβάζεται· οὐκέτι *χελωνημένη, ἀλλὰ ἁπλῆ, καθάπερ δάκτυλος. τὸ δέ τι πλάτος τῆς τοξίδος ὀρθὸν τίθεται, ὅπως ἀποχαλασθείσης τῆς χειρὸς ὁ λίθος κατὰ τὸ πλάτος ὑπὸ τῆς *τοξίδος τυφθεὶς, καλῶς ἐξαποστέλλεται. καὶ ἡ μὲν ἐπὶ τῶν *εὐτόνων νευρὰ παρ' αὐτὴν διώστραν τίθεται ἀπέχουσα ἀπ' αὐτῆς βραχύ. ἡ δὲ ἐπὶ τῶν παλιντόνων πλεῖον ἀπέχουσα ἀπ' αὐτῆς τῆς διώστρας ὅπως *ἀποχαλασθεῖσα κατὰ μέσον τὸ ὕψος τοῦ λίθου πλήξῃ. οὕτω γὰρ βιαιότερος ἐξαποσταλήσεται. μικρὸν γὰρ ἀνώτερω ἢ κατωτέρα τεθεῖσα ἤτοι ὑπελεύσεται τὸν λίθον ἢ ὑπερπεσεῖται αὐτόν. ὁ δὲ ἐν τοῖς ἀγκῶσι τόνος καὶ ἐκ τριχῶν γίνεται γυναικείων. αὗται γὰρ λεπταί τε οὖσαι καὶ μακραὶ, καὶ πολλῷ ἐλαίῳ τραφεῖσαι ἔτι ἐν πλακῶσιν εὐτονίαν πολλὴν λαμβάνουσιν, ὥστε μὴ ἀπᾴδειν τῆς διὰ τῶν νευρῶν ἰσχύος. ἱκανὸς οὖν κεφαλαιωδῶς περὶ τῆς κατασκευῆς καὶ χρήσεως τῶν εὐθυτόνων καὶ παλιντόνων *εὑρηκότες ἐξῆς τὰ μέτρα ὑπογράψομεν.

Εἰδέναι δὲ δεῖ ὅτι ἡ τῶν μέτρων ἀναγραφὴ ἐξ αὐτῆς τῆς πείρας ἐλήφθη· οἱ γὰρ

* χελωνημένη

* τοξίδος

* εὐθυτόνων

* ἀποχαλασθεῖσα

* εἰρηκότες

*ſis neruis quaſi quidam annulus nectitur, in quem manus ipſa inditur, & hac non bifida quidē ſed ſimplex, ad modum digiti. Porro, nerui ipſius latitudo, erecta collocatur, ad hoc, ut manu laxatá, lapis nerui latitudine pulſus optimam nanciſcatur eiaculationem. In Euthytonis autem nerum prope ipſam Dioſtrā collocatur, ab ea ſcilicet parum diſtans, in Palintonis uero aliquanto remotior à Dioſtrá, ut in ipsá nerui remiſſione, mediā lapidis altitudinem diuerberet, ita enim fit ut uiolentius emittatur. Si enim paullo elatior ſit, aut humilior: uel ſub lapide ipſo feretur uel ſupra. Cæterum brachiorum neruus muliebribus conficitur crinibus, tenues enim ſunt, & oblongi multoq; oleo ſaturati, cū nectuntur ualidam inſenſionem acquirunt, ut nec ita multum à robore neruorum diſtent. Satis itaq; & per capita de conſtructione & uſu tum Euthytonorum tū Palintonorum locuti; deinceps, eorum dimēſiones explicabimus.*

*Noſſe itaq; oportet, uniuerſam dimenſionum præſcriptionem ab ipſa experientia emanaſſe, vetuſtio-*

*ſtiores enim, formam tantum & diſpoſitionem animo cõplexi parum gloriæ inde aſſecuti ſunt, nẽpe quod in teli miſſione aptis ſymmetrijs uſi fuerint. qui uero eos ſubſecuti ſunt, partim auferentes, partim etiam addentes, concinnas, & efficaces ejuſcemodi Machinas effecere. Conſtant autem Machinæ iſtæ, cum uniuerſim tũ per partes, diametro quæ tonum ſuſcipit. Principium enim & fundamentum rei totius eſt ipſe tonus. Oportet igitur Petrariæ Machinæ foramen ita conſtituere. Numerus minarum ejus qui mittendus eſt lapidis centuplicetur, & reſultantis numeri cubicum latus inueniatur, eique ita inuenta decima pars apponatur, & digitorum totidem oportebit foraminis diametrum efficere. Exẽpli gratia, eſto lapis minarum octoginta, latus, erit viginti, cui, ſi decima pars, addatur fient uiginti duo, & hæc diametri foraminis erit magnitudo. vbi vero reſultans numerus cubicum latus præciſè non habuerit, quod proximè accedit inuẽire oportet, nec ſecius, decimam partem ſuper addere. Enthytonĩ autem*

οἱ γὰρ παλαιότεροι μόνον τὸ σχῆμα καὶ τὴν διάθεσιν ἐπινοήσαντες, οὐ πάνυ τι εὐδοκίμουν εἰς τὴν ἐξαποστολὴν τοῦ βέλους διὰ τὸ ἁρμοσταῖς συμμετρίαις χρῆσθαι. οἱ δὲ μετὰ ταῦτα, ἀφ' ὧν μὲν ἀφαιροῦντες, οἷς δὲ προστιθέντες σύμφωνα κατέστησαν, καὶ *ἐναργὰ τὰ εἰρημένα ὄργανα. συνίσταται δὲ τὰ προειρημένα ὄργανα, οἷ αν τὰ κατὰ μέρος ἐν αὐτοῖς πάντα ἀπὸ τῆς τοῦ τρήματος διαμέτρου τὸν τόνον δεχομένου. ἀρχὴ γὰρ καὶ *ἠρυμένον ὁ τόνος. δεῖ οὖν τὸ τοῦ λιθοβόλου ὀργάνου τρῆμα συνίστασθαι οὕτω, ὅσων ἐὰν *ἡ μνῶν ὁ μέλλων ἐξαποστέλλεσθαι λίθος. ταῦτα ἑκατοντάκις ποιήσας, λάβε τῶν γινομένων κυβικὴν πλευράν, πρόσθες ταῖς εὑρεθείσαις τὸ δέκατον μέρος, καὶ τοσούτων δακτύλων ποίει τὴν τοῦ τρήματος διάμετρον. οἷον, ἔστω ὁ λίθος μνῶν ὀγδοήκοντα, ἑκατοντάκις, ταῦτα γίνεται, ἡ δὲ κυβικὴ πλευρὰ κ, καὶ τὸ δέκατον αὐτῶν δύο γίνεται κ β. τοσοῦτον ἔσται ἡ τοῦ τρήματος διάμετρος. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ὁ γινόμενος κυβικὴν πλευρὰν ὡς ἔγγιστα δεῖ λαμβάνοντα τὸ δέκατον μέρος προστιθέναι. τὸ δὲ τοῦ εὐθυτόνου τρῆμα συνίσταται, ἴσον

* ἐνεργὰ
* πυθμὴν
* ἦ

ὅσον ἐὰν ἔχῃ μῆκος τὸ μέλλον ἐξαπο-
στέλλεσθαι βέλος τούτου τὸ ἔννατον ἔσται
ἡ τοῦ τρήματος διάμετρος. οἷον
εἰ τρίπηχυ τὸ βέλος οὗ ἔννατον γί-
νεται δάκτυλοι η. τούτων ἔσται ἡ διά-
μετρος τοῦ τρήματος. ἔστι δὲ καὶ ἀ-
πὸ μιᾶς διαμέτρου δοθείσης τὰς
λοιπὰς συνίστασθαι τῶν λιθοβόλων
ὀργάνων κατὰ τὸν τοῦ κύβου διπλα-
σιασμὸν ἐστιν ἐπιτυχόντος κατα-
σκευῆς ὀργάνου εὐδοκιμήσαντος τὰ
ἄλλα συνίστασθαι ἀπὸ τούτου οὕτως.
ἔστω γὰρ ἡ τοῦ ὀργάνου διάμετρος
ἡ αβ καὶ δέον ἔστω ἀπὸ τούτου ἕτερον
ὄργανον κατασκευάσαι βάλλον εἰ
*τόνος τύχοι τριπλασίου βέλος τοῦ προ-
ειρημένου. ἐπεὶ οὖν αἴτιός ἐστιν ὁ * τό-
νος τῆς τοῦ λίθου ἐξαποστολῆς, δεή-
σει ἄρα τὸ μέλλον συνίστασθαι ὄργα-
νον τριπλασίονα λόγον ἔχειν, οὗ ἡ
διάμετρός ἐστιν αβ οὐκ ἐν τυχόντι
*τὸ ὕψος δὲ τρήματι ἀλλ' ἀνάλογον ἔχοντος
*τοῦ ὕψους τοῦ τόνου τῷ τρήματι.
ὥστε γίνεσθαι τοὺς κυλίνδρους ὁμοίους
τοὺς ἐκ τῶν τόνων γινομένους. ἐπεὶ
οὖν ὅμοιοι κύλινδροι πρὸς ἀλλή-
*εἰσὶ λους ἐν τριπλασίονι λόγῳ *ἔστι
τῶν ἐν ταῖς βάσεσι διαμέτρων νε-
νοήσθω, εὑρημένη ἡ τοῦ τρήμα-
τος

autem foramen ita conſtituetur, ut quantum habuerit longitudinis, telum emittendũ, ipſius nona pars diametro foraminis aſſignetur. veluti ſi tricubitale fuerit telũ nõa ejus pars erit digitorum octo & totidem ipſius foraminis diameter, efficietur. Fieri etiam poteſt ut unâ datâ diametro etiã reliquæ in Petrarijs Machinis inueniantur idq; per cubi duplationem. Poſſumus enim datâ Machinâ quapiam concinne fabricatâ ex illa alias quoque ad eum modũ conficere. idq; hoc pacto. Eſto enĩ datæ Machinæ diameter, A B; oportet autem inde aliam machinam conſtruere, quæ telum, ſi ita cõtingat, triplo majus ejaculetur. quoniã igitur tonus ipſe cauſſa eſt emiſſionis lapidis, oportebit futuram Machinam ita conſtruere ut triplã habeat rationem ad Machinam illam, cujus diameter eſt A B. Non itaq; caſu foramen fit, ſed ita, ut habeat analogam altitudinẽ foramini toni, uidelicet ut ex foraminibus Cylindri ſimiles fiant. Itaq; quoniam ſimiles Cylindri inter ſe comparati habent triplam rationem ejus quam habent eorũ baſes:

baſes: intelligatur jam inuẽtam eſſe quaſitam foraminis diametrum, et eſſe CD itaq; quæ ex CD ſit Cylindrus ad Cylindrum qui ex AB triplicatam habebit rationem, ejus, quam habet CD ad AB. Fiat autem ut AB ad CD, ita CD ad EF, & EF, ad GH. Habebit igitur AB, ad GH triplicatam rationem ejus quã habet AB, ad CD: erit itaq; ut Cylindrus qui ſit ex AB ad eum qui ex CD ſit Cylindrum ita & AB ad GH, ſed ponitur Cylindrum ex AB tertiã eſſe partem Cylindri qui ex DC. quare & AB. tertia pars eſt ipſius GH. Data autẽ eſt AB ergo & ipſa GH, ſuntq; duarum AB.GH duæ mediæ proportionales CD, EF, data itaq; eſt CD. Oportebit igitur in organicã conſtructione accipere GH triplam ipſius AB. eo quod telũ, telo ſit triplex. quo facto duas medias proportionales inuenire, ipſas nẽpe CD, EF, et erit CD quæſiti foraminis diameter. quo pacto autem duæ mediæ proportionales inueniẽdæ ſint, deinceps dicemus.

τος διάμετρος ἡ γδ. ἄρα ἀπὸ τῆς γδ κύλινδρος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς β κύλινδρον τριπλασίονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ γδ πρὸς αβ. πεποιήσθω δὴ ὡς ἡ αβ πρὸς τὴν γδ οὕτως ἡ γδ πρὸς τὴν εζ, καὶ ἡ εζ πρὸς ηθ. ἕξει ἄρα καὶ ἡ κθ πρὸς αβ τριπλασίονα λόγον, ἤτοι ἡ γδ πρὸς αβ. ἔστιν ἄρα ἀπὸ τοῦ γδ κύλινδρος πρὸς ἀπὸ τοῦ αβ κύλινδρος οὕτως ἡ κθ πρὸς αβ. τρίτον δὲ μέρος ἐστὶν ὁ ἀπὸ τῆς αβ κύλινδρος τοῦ ἀπὸ τῆς γδ κυλίνδρου. καὶ ἡ αβ ἄρα τρίτον μέρος ἐστὶν τῆς ηθ καὶ ἔστι δοθεῖσα ἡ αβ, δοθεῖσα ἄρα καὶ ἡ ηθ, καὶ εἰσὶ τῶν αβ ηθ, δύο μέσαι * ἀνάλογον αἱ γδ εζ. δοθεῖσα ἄρα ἐστὶν ἡ γδ. δεήσει ἄρα εἰς τὴν ὀργανικὴν κατασκευὴν λαβεῖν τῆς αβ τριπλασίαν τὴν ηθ * ἐπειδὴ περὶ τὸ βέλος τοῦ βέλους ἐστὶ τριπλάσιον. καὶ τῶν αβ ηθ δύο μέσας ἀνάλογον λαβόντας τὰς γδ εζ. καὶ ἔσται ἡ τοῦ ζητουμένου τρήματος διάμετρος ἡ γδ. ὡς δὲ δεῖ δύο δοθεισῶν εὐθειῶν. δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν ἑξῆς ἐροῦμεν.

* ἀνάλογοι

* ἐπειδήπερ








Ἔστωσαν αἱ β δοθεῖσαι εὐθεῖαι αἱ αβ, βγ πρὸς ὀρθὰς κείμεναι. ὧν δεῖ δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν καὶ συμπεπληρώσθω τὸ αβγδ καὶ* ἐκβεβήσθωσαν αἱ δγ δα καὶ παρακείσθω παρὰ τὸ β σημεῖον κανὼν τέμνων τὰς ἐκβαλλομένας εὐθείας, καὶ κινείσθω ὁ εἰρημένος κανὼν περὶ τὸ β σημεῖον ἄχρι ἂν καὶ ἀπὸ τοῦ ε, ἐπὶ τὰς τομὰς ἐπιζευγνύμεναι ἴσαι ἀλλήλαις ὦσι. καὶ ἔσται ὁ μὲν κανὼν θέσιν εἰληφὼς οἵαν ἔχει ἡ ζβη εὐθεῖα. αἱ δὲ ἴσαι δύω εὐθεῖαι αἱ εζ εη. λέγω ὅτι τῶν αβ βγ εὐθειῶν μέσαι ἀνάλογον εἰσὶν αἱ αζ γη. καὶ πρώτης οὔσης τῆς αβ, δευτέρα μὲν

* ἐκβεβλήσθω

*Sint duæ rectæ lineæ datæ* AB, BC. *ad rectos angulos interſe cõſtitutæ, quarum oportet duas medias proportionales inuenire. Compleatur Parallelogrammum* ABCD. *& producantur* DC, DA, *tum ad punctum* B *applicetur regula, ipſas productas lineas ſecans. Moueatur autẽ regula circa punctum* B. *donec rectæ quæ à puncto* G *copulantur uſq; ad ipſas ſectiones, ſint æquales. Nacta autem ſit regula poſitionem rectæ* FBE, *reliquæ uero duæ lineæ ſint* AF, CE. *Dico igitur ipſarum* AB, BC, *rectarum, duas medias proportionales eſſe* AF, CE *:primã ipſarum quatuor exiſtente* AB, *ſe-*




ἴσαι *cunda*

*cundã* CE, *tertiã* AF, *quartã* BC *quoniam enim æquales ſunt* AG, GD *& producta eſt* AF *erit quod ſub* DFA, *una cum quadrato* AG, *æquale ei quod ex* FG *ſit quadratum: & eadem ratione, quod ſub* DEC *continetur, una cum quadrato ex* CG *æquale eſt ei, quod ex* EG, *ſit quadrato. Aequalis autem eſt* AG. *ipſi* GC *&* GF *ipſi* GE, *quare, & quod ſub* DFA, *æquale eſt ei, quod ſub* DEC. *ut igitur* ED *ad* DF *ita* AF *ad* CE, *ſed ut* ED *ad* DF, *ita* AB, *ad* AF *&* EC *ad* CB, *erit igitur ut* BA *ad* AF, *ita* FA *ad* CE, *&* CE *ad* CB. *Duæ itaq; mediæ proportionales inter* AB BC *ſunt* AF CE.

ἔσται ἡ αζ. τρίτη δὲ ἔσται ἡ γη. τετάρτη δὲ ἡ βγ. ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ αε τῇ εδ καὶ διῆκται ἡ εζ τὸ ἄρα ὑπὸ δζα μετὰ τοῦ αε ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τοῦ εζ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ ὑπὸ δηγ, μετὰ τοῦ ἀπὸ γε ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ εη. καὶ ἔστιν ἴση μὲν ἡ αε τῇ εγ. ἡ δὲ εζ τῇ εη, ἔσται ἄρα καὶ τῆς ὑπὸ δζα. ἴσον τὸ ἀπὸ δηγ. ὡς ἄρα ἡ ηγ πρὸς δ. οὕτως ἐστὶν ἡ αζ πρὸς γδ ἀλλ' ὡς ἡ ηδ πρὸς δζ ἥ παβ πρὸς αζ καὶ ἡ βγ πρὸς γη ἔσται ἄρα καὶ ὡς ἡ βα πρὸς αζ, οὕτω καὶ ἡ ηγ πρὸς γβ τῶν ἄρα αβ βγ δύο μέσαι ἀνάλογοι εἰσὶν αἱ αζ γη.

FINIS.

Τοῖ αὐ-

# BERNARDINI BALDI, IN HERONIS BELOPOEECA SCHOLIA.

Pag. 1 HEronis Cteſibij) Ἥρωνος κτησιβίου. *Dubium videtur facere, hæc inſcriptio, utrum Heronis, Cteſibij' ne ſit hujuſcemodi opuſculum. Certè ipſius Heronis eſſe affirmamus, non autem Cteſibij, Videtur utiq; in ipsá hac epigraphe deſiderari dictio* μαθητοῦ *ut ſit reſtituendum* Ἥρωνος κτησιβίου μαθητοῦ *Heronis Cteſibij diſcipuli, etenim hunc noſtrum Heronem Cteſibij fuiſſe diſcipulum, atteſtatur junior Heron. l°. Machinarũ 1. C. 23. verumenĩuero libellum hunc Heronis eſſe inde euincitur, quod in appendice ejus, ad finem, ubi de chiroballiſtris, ita habet inſcriptio* τοῦ αὐτοῦ Ἥρωνος, *ejusdem Heronis. Præterea, modum inueniendi duas medias proportionales quo utitur noſter iſte Auctor eſſe Heronis, Pappus ipſe in Collectaneis docet l°. 3. Clarius tamen Eutocius, in libris Archimedis; addit enim ipſum Heronem modum jam dictum docuiſſe in Belopoeecis, ſeu Belopijcis. Hæc cum non animaduerteret Iuſtus Lipſius l°. Mach. 3. & Dial. itẽ 3. ait Heronem, opuſculum hoc, è Cteſibio deſcripſiſſe, ſed & Tarnebus l°. 2. c. 4.* cum incidiſſem, *ait*, in quædam ſchedia Cteſibij uel Heronis, *nam* dubia inſcriptio erat. *Alicubi librum Cteſibij eſſe dicit, alicubi Heronis, videtur enim legiſſe,* Ἥρωνος ἢ κτησιβίου *Heronis uel Cteſibij in meo autem textu dubitatiua particula non habetur. Quicquid tamen iſti dixerint, id pro certo ſtatuendum, Heronem, non Cteſibium hujuſce libelli fuiſſe auctorem.*

*Belopoeeca) ita uertimus, quamuis in codice legatur* βελοποιϊ-
Ead. pag *κὰ Belopoeica eſt enim compoſitum vocabulũ* ἀπὸ τοῦ βέλους, *hoc eſt telo &* ποιεῖν *facere, unde nos latinâ uoce, nouâ quidem, ſed ad Græcam mentem, teliſactiua diximus.*

ipſa tranquillitas ] *τὰ περὶ ἀταραξίας .i. quod pertinet ad animi tranquillitatem. eſt enim ἀταραξία ſi Latinè liceret dicere, imperturbatio. Docent autem Philoſophi affectuum lenitione, atq; ſedatione Tranquillitatē adipiſci, conſule Ariſtotelem in libris de Moribus Epictetum, Senecam, & Plutarchum inprimis, in eo quod de animi tranquillitate ad Paccium ſcripſit opuſculo. Epicuro autem imprimis placuit in Ataraxiâ, humanam repoſitam eſſe felicitatem. Porro noſter hic licet alio ſenſu rem acceperit, ingenioſè certè, ad id quod perſuadere conabatur Philoſophorum doctrinam adaptauit.* pag. 1.

Quæ quidem res ] *Græcus codex ὡς δὲ ἴσως ὑπαρχόντων*, quæ cum fortaſſe difficilia ſint pag. 2

Vt quam facillima ) *Græca ὅπως πᾶσιν παρακολούθητος, reſtitue παρακολουθητὰ .i.* aſsecutu facilia, *hinc reſtituimus ſupra δυσκόλων, etenim δύσκολα, & παρακολούθητα opponuntur.* ead.

Differemus ] *in Græco ἐροῦμεν οὖν, expunximus οὖν nihil enim operatur.* ead.

*Quædam Euthytona ſunt quædam uero Palintona ] ſi vocabulorum uim inquiras, Euthytonum, recti toni, denotat, Palintonum vero, reflexi, Cur ita ad haſce Machinas, augurari uix poſſum. Lipſius aliàs diligentisſimus hanc diſtinctionem in ſuo de Machinis l°. non animaduertit. Sed & inter ueteres, Vitruuium, aut ignoraſſe diſtinctionem hanc, aut neglexiſſe uidetur. Scio Homerum Iliad. θ. & alibi, dixiſſe, παλίντονα τόξα* reflexos arcus, *ſed inde nulla lux. Cum Poeta Arcus dixerit reflexos patet ijs, qui Turcicos Arcus cōſiderant, ita enim fabricati ſunt, ut cum intenduntur in contrariā partem flectantur unde ex uiolenta intenſione fit ualidisſimus ictus Fieri poteſt ni fallimur cōjecturâ Euthytonas dictas eſſe Machinas, quibus tela mittuntur, eo quod earum neruus, funis inſtar ut in Arcubus, uidemus rectus ſit, & nulla ſui parte impeditus, earum vero quibus lapides, non item, ſed anſâ in media ſui parte attexta in quam, ceu in balliſtis communibus uidere eſt, digitus, cujus attra-* ead.

*ctione arcus intenditur, immitti ſolet. eſt autem Palintonum ut annotat Pollux l°. 6.c. 36. ἀπὸ τοῦ πάλιν. i. retro, rurſus,*

pag. 3. *Quas nonnulli ſcorpiones ] Scorpionibus tela mittebantur, ideo Euthytonæ, Palintonis uero, tum tela, tum lapides, ſed inprimis lapides ideo λιθοβόλα ideſt Petrariæ uocabantur, quod dilucide noſter iſte Auctor docet. Differentiam Machinarum ejuſcemodi non ignorauit Vitruuius. Cæterum, quando, cur ue apud ueteres nomina hæc conſuta fuerint, latè diſputat Lipſius in ſuis Machinis. Balliſtis porro, quo uocabulo non eſt uſus Heron, tum lapides tum jacula mitti ſolita, ita docet Silius à Lipſio laudatus.*

> *Phocais effundit uaſto Balliſta molares,*
> *Atq; eadem ingentis, mutato pondere teli,*
> *Ferratum excutiens ornum, media agmina rumpit.*

*Item Iſidorus, atteſtatur, Balliſtam uerbere neruorum torqueri, & magna ui jacere aut haſtas, aut ſaxa. De Balliſtâ quoque intellexit Athenæus l°. 5.* λιθοβόλος τριτάλαντον λίθον ἀφιεὶς καὶ δωδεκάπηχυ βέλος. Lithobolus. i. *Petraria* lapidem jaciens trium talentorum & haſtam cubitorum duodecim.

ead. *Conſtructiones ) Græcus codex* τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν ἤρξαντο γίνεσθαι σφενδόνης τῶν προειρημένων ὀργάνων ἃς κατασκευὰς ἀπὸ τῶν χειρουργικῶν τόξων *corruptiſſimè, nos ita emendamus, expuncta ſuppoſititiâ dictione,* σφενδόνης, τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν ἤρξαντο γίνεσθαι τῶν προειρημένων ὀργάνων αἱ κατασκευαὶ ἀπὸ τῶν χειρουργικῶν τόξων.

pag. 4 *Duo quædam ferrea fixa ſint oſcula ] in Græco* ἔςω τινα ςόματος ὀρθὰ σιδηρᾶ β *reſtituimus* ἔςω ἵνα ςόματα.

*Vt fiat biſulcus. )* ὥςε δίχειλον γίνεσθαι, *puto legen.* δίχηλον *id enim*

pag. 5. *biſulcum denotat :* δίχηλα *enim dicebantur animalia, diuiſas, ſeu biſidas, biſulcas ve ungulas habentia, ut boues, capræ, cerui, & cætera ejusmodi.*

*Quæ Scendylia appellantur ) Græcè* καθάπερ τῶν καλουμένων

ead. σκενδυλίων, *à re nobis ignota notitiã facere conatur. certè quæ ſint Scendylia ignoramus. legimus nos, apud Heſychium* σκανδύνες,

σκέλοπις

σκόλοπες, χάρακες, *Scandynes, pali ſtipites. Fieri poteſt auctorem noſtrum de bifidâ ferrei uectis intellexiſſe ligula, & forte legendū* σκανδύνια. *Non diuinaui, ut arbitror, dicta hæc uolui tamen.*

*Poſthæc per oſcula*] καὶ διὰ τῶν σημάτων, *ſuperius* σίματα *non* σήματα, *& ita puto reſtituendum.* ead.

*Axiculus uero immiſſus, ac*) Ἡ δὲ διωσμένη περόνη, *deeſt oſtenſiua notula,* μ, *quod ex literarum alphabetico ordine euincitur.* ead.

*Mota circa Axiculum*) *in Græco* νεύμενον περὶ περόνην. *emendatè* pag. 6.
κινούμενον περὶ περόνην.

*Appellabant autem* E F G H, *regulam Syringam*) *de hac intellexit Vitr. l°. 10. c. 15. de Scorpionibus, & Catapultis agens ubi ait,* ead.
Canaliculi qui Græcè σύριγξ dicitur longitudo foram. XIX, *corrupti codices præferunt* στρίξ, *quod nos alibi adnotauimus.*

*Dioſtram*) *hoc uocabulum Vitr. non agnoſcit, Dicitur autem* ead.
*Dioſtra eo quod per Syringā ſeu canaliculū impellatur. eſt enim uerbum* διώσασθαι, *unde nomen impellere. Hinc* διωστὴρ *chirurgicum inſtrumentum, &* διωστῆρες *Exod. c. 36. uectes ipſi, quibus per circulos ſeu annulos impulſis, trajectiſue, Arca uehebatur.*

*Epitoxitids*] ἐπιτοξίδα, *quidam uir doctus, cum* ἐπιζυγίδε ead.
*confundit. Porrò quid ſit propriè* ἐπιτοξὶς *Auctor noſter apertè docet.* τόξον, *eſt id, quod jaculatur. Epitoxitis uero pars caua cui jaculum, ad emiſſionē, imponitur, Noſtri dicerēt* il cauo della ſaetta.

*Chelonium*] *Græce* χελώνιον, *quid ſit proprie in Catapultá chelonium, ex hoc loco manifeſtè patet, ratio enim uocabuli apponitur,* pag. 7.
*ait enim Heron, uel potius innuit, ideo dictum, quod ſuperet ſua eminentia ſummam ſuperficiem ſummæ regulæ, erat enim inſtar teſtudinei dorſi elatum. vide quæ nos de chelonio diximus in libro, De Vitruuianorum uerborum ſignificatione.*

*Catochas*) *in Græco mendoſe* κατὰ τοχῆς, *eſt autem* κατοχὴ *à uerbo* κατέχειν *retinere continere, etenim iſtæ Catochæ ferream manū* pag. 7.
*ita cohibēt, ut nerui intenſi uim totā ſuſtineāt nec à loco diuellātur.*

*Schaſteriam*) χαστηρίας *clauis eſt, quæ ſuppoſita, manum firmat,* ead.

*amota uero eandem laxat* ἀπὸ τοῦ χάζειν *factum uocabulum quod tum retinere, cohibere tum laxare ualet, & remittere. De Schaſteriâ ſic Ariſtoteles in l°. de Mundo* ὥσπερ δρῶσιν οἱ μεγαλότεχνοι διὰ μιᾶς ὀργάνου χαστηρίας πολλὰς καὶ ποικίλας ἐνεργείας ἀποτελοῦντες. *i.* veluti efficiunt mirandarũ rerum artifices, qui per unum, quod laxant, retinaculum, multos, & uarios effectus operantur. *Eodem uocabulo utitur noſter Auctor in Automatis. Hinc* χαλασθεὶς λίθος ἐκ τοῦ πετροβόλου emiſſus è Petrario lapis. *Ammian. Latin uoce Clauſtrum, dixit.*

ead. *Catagogida)* καταγωγὶς, *rei, nomen, ab officio,* κατάγει, *ſiquidem, hoc eſt, adducit neruum, dum brachia intenduntur, quæ quidem intenſio fit ex totius corporis, in ipſam Catagogidam impulſione, & nixu.*

ead. *Telum imponere) dictio* τόξον *quâ utitur Heron, tum Arcum denotat, tum, telum ipſum.*

pag. 8. *Manu remiſſa) Græcè* σπαράξαντες τὴν χεῖρα. *Notandum è Græco hoc uerbo noſtrum uernaculum fluxiſſe, quod enim illi ſparattin, noſtri,* .ſparare, *dicunt,* ſparar la baleſtra.

ead. *Ad exteriores partes) Græcè* εἰς τὸ ἄνω μέρος *in ſuperiorem partem Mallem* εἰς τὸ ἔξω μέρος, *neque enim neruus dimiſſus, ad ſuperiores, ſed ad exteriores Dioſtræ, partes, impoſitũ jaculũ expellit.*

ead. *Syringæ tempus]* σύριγγος κρόταφος, *uertere potuimus Syringæ latus, at libuit ſeruare Græcam proprietatem.* κρόταφος, *partem capitis Græci appellant quam, tempus, Latini dicunt, noſtri uero* la Tempia.

ead. *Dentata regula) Haſce ad ſerræ modum dentatas regulas eas eſſe quas Vitr. l°. 10. c. 15. Bucculas appellat, pro comperto habeo, ait enim* Canaliculi qui Græcè σύριγξ dicitur longitudo foraminum XIX. Regularum quas nonnulli Bucculas appellant quæ dextrâ ac ſiniſtrâ canalem figuntur, foraminum XIX altitudo foraminis unius, & craſsitudo. *Deinde pauculis interpolatis.* craſsitudo Bucculæ quæ affigitur uocitatur, camillum,

millum, ſeu quemadmodum nonnulli, loculamentum. *Hiſce conſideratis, ea illuſtrari poſſunt, quæ in libro de Vitrouianorum uerborum ſignificatione diximus de Bucculâ.*

*Coruus*) κόραξ, *de uerbi hujus notione, diſſeruimus in eodem* ead.
*Vitruuiano libro: addimus, fieri poſſe Coruum ideo appellatũ, quod corui caput cum ſuo roſtro imitetur.*

*Cataclida*) καταклεῖδα. *Sunt autem* κατακλεῖδες, *ut apud Ari-* ead.
*ſtoph.* τὰ κλείοντα τὰς θύρας *quibus fores obſerantur, hinc nos, clauiculam, interpretati ſumus.*

*Gaſtrapheten*) γαστραφέτην, *uocabuli etymon, ipſe Auctor ex-* pag 9.
*ponit, nempe, quod hæc Machina uentris impulſu intendatur* γαστὴρ *enim uenter eſt, unde* γαστριμαργία, *uentris furor, rabies,* ἀφεσὴ *autem, dimiſſio, quaſi dicas Machina quæ uentris impulſu ad miſſionem paratur, Atqui* ἀφετήρια *Machinas quasdam fuiſſe obſidionales, apud Suidam legimus.* ead.

*Vſu itaq;*] *Græci codices nullam ferè membrorum partiũue certam diſtinctionem habent. ipſum tamen Heronem per Theoremata diuiſiſſe ipſemet atteſtatur, etenim de Catagogide agens ita ſcribit:* Διὸ αὐτὶ τῆς καλουμένης ἐπὶ τοῦ ἐπάνω θεωρήματος καταγωγίδος, ἄξονα ἐπέθηκαν. *Quamobrem loco ejus quæ ſuperiori theoremate Catagogis eſt apellata, Axona appoſuerunt; quicquid tamen ſit improprìe theorematis uocabulo uſus uidetur, quod non modo ex verbi ui cognoſcitur, nẽpe theorema ad ſpeculationem pertinere, ſed ex ipſa Euclidis diviſione in theoremata & Problemata, qua de re ita Proclus l°. 3°. com. 1. Elem. ubi ait* Euclidẽ Problemata appellaſſe illa in quibus, quæ, quodãmodo nõ ſunt, cõparare, manifeſtare, ſtruere proponit, theoremata uero, in quibus id quod exiſtit, uel non exiſtit perſpicere cognoſcere, ac demonſtrare ſtatuit. *Aptius igitur Heron in Problemata hocce ſuũ opuſculum quam in theoremata ſecuiſſet. ignoſcendum tamen illi neq; enim ut par eſt credere, ſuo æuo, minuta illa diſtinctio diſquirebatur, & illud uerum quoque eſt, nullum fere Problema inueniri,*

 quod

eadem *quod aliquam ſaltem implicite non admittat contemplationem. ſed de his hactenus.*

*Majus quidem telum*) *mendoſe in textu,* μέλος *pro eo quod*
ead. *legendum* βέλος.

ead. *Majora ſine ijs quibus Arcus muniebatur*) *in Græco textu mẽdosè* καὶ μείζονες τῶν ἐν τῷ ξύλῳ *legendum* τῶν ἐν τῷ τόξῳ.

*Plinthium compegerunt* ) *in Græco* πλινθίου, *emendatè* πλίν-
ead. θιον, *quæ nos de Plinthio in Vitruuium diximus uide in libro quem ſcripſimus De vitruuianorum uerborum ſignificatione.*

*Cardines habens* ] *in Græco codice,* τέμους ἔχων *reſtitnimus* τόρμους ἔχων *eminentias illas, quas Græci* τόρμους *appellant Vitruuius cardines dicit l°. 10. c. 15.* Paraſtatæ dextrâ, ac ſiniſtrâ, præter Cardines, altæ foraminum quatuor, craſſæ, foraminum quinûm. *Hoc obſeruauerat turnebus l°. 2. c. 4. cujus uerba.* Cardines Paraſtatarũ Græci τόρμους appellant quos eſſe in Paraſtata
ead. duos pręcipiunt, & διτορμίας uocant. *Heſychius* τόρμον *currus* πλήμνην *.i. modiolũ, interpretatur: ſed hoc, nihil ad rem noſtram.*

*Per inſtrumentum Symbolium*) ἐξ ὀργάνου συμβολίου. *inſtrumẽtum hoc id eſſe puto, de quo Heſychius, & poſt eum Varinus,* συμβολεὺς ἁλιευτικὸν σκεῦος, περὶ ὃ τὰ λίνα πλέκουσι. Symboleus Piſcatorium inſtrumentum circa quod lina texunt. *Videtur i-*
ead. *gitur Heronem pro tereti ligno circa quod funiculus inuoluitur ac-*
pag. 10. *cepiſſe, factum à verbo* συμβάλλεσθαι *.i. componi.*

*Ordinatim* ] *in Græco exemplari* στοιχεῖον, *ſcribendum* στοιχηδόν.

*Structuram primam*) πρῶτον δῆμον *emẽdo* πρῶτον δόμον *etenim*
ead. *paullo poſt legimus* ἄλλον δόμον ἑτέρους δόμους, *Græcum uerbum* δομεῖν *fabricare ſtruere ordinare, unde* δόμος *Domus ſtructura, ordo.*

*Axonia*) ἀξόνια. *quæ ſint Axonia, quidue in hoc Machinarum genere poſſint facile ex deſcriptis intelligimus, idem enim ferè ſunt quod epizygides, in eo tantum ab illis differentes, quod epizygides choenicidibus imponuntur. Axonia uero nequaquam. Ejuſcemodi Axoniarum imaginem uidere eſt in diagrammate Bruxellenſis Catapultæ, apud Lipſium l°. Mach. 3. Dial. 2.*

*Axonia uero*) *Hos loci in Græco exemplari aliquid deeſſe uide-* ead.
*tur, cum tamen reapſe nil deſideretur. Notarii uitio, id factum eſſe*
*non dubitamus.*

*Tonum*) *ad hunc locum facit quod legimus apud Vitr. l°. 10. c. 1.* pag. 11o
In capitulis dextrâ ac ſiniſtrâ ſunt foramina Hemitonio-
rum. *Turnebus interpretatur. Neruorum, hanc Heronis auctori-*
*tatem inducens. Attamen tonum, unitonum, & Hemitonium ali-*
*qualiter differre arbitramur. tonus enim meo judicio, Neruus ſim-*
*plex, ab ipſa tenſione ſic dictus. Vnitonus uero uel unitonum tunc*
*dicebatur, cum, tactus eundem ſonum redderet qua de re idem Vi-*
*tru. l°. 10. c. 15.* ita trajecti in alteram partem eadem ratione
vectibus per ſuculas extendantur donec æqualiter ſonent.
*ita* cuneorum concluſionibus ad ſonitum muſicis rationi-
bus Catapultæ temperantur *Explicatius tamen l°. 1. c. 1 ait n.*
quod ſi non Homotona fuerint (*hoc eſt unitona uel æqualiter*
*tenſa*) impedient rectam telorum miſsionem. *Hemitonia ue-*
*ro, ut puto, dicebantur nerui, cum non ita eſſent tenſi ut tonum ta-*
*cti redderent ſed toni dimidium. Communiter tamen Plinthia cum*
*trajectis neruis Hemitonia uocabantur.*

*Epizygidas*) ἐπιζυγίδας *De hiſce Epizygidibus uerba facit Vitr.* ead.
*l°. 10. c. 18.* Cuneoli ferrei quos ἐπιζυγίδας Græci uocant. *E-*
*mendandus ergo Vitruuianus textus, ubi pro eo uoc°. legimus ἐπι-*
*ςίδας. Eſt autem ζυγὸς jugum ζυγὶς paruum jugum. Epizygis uero*
*ſi latinè redderes ſuprajugium, uidetur autem id denotare, quod*
*veteres dixere peſſulum ſeramue: ſiquidem oſtium ſerâ obfirmare*
*Græci ut ait Pollux. l°. 10. c. 4.* ἐπιζυγῶν, *dicebant, eſt itaq; Epi-*
*zygis quaſi quædam clauicula, quæ tranſuerſa, tonum alligatum re-*
*tinet. Noſtri* ſtangliettam, *dicerent. De Epizygide autem, qua-*
*tenus ad Balliſtas pertinet idem Vitr. l°. 10. c. 16.* Foramen autē
oblongius ſit tanto, quantum, Epizygis habet craſsitudinē,
*Turnebus utriusq; auctoris locis comparatis ait* ſic uocari Axicu-
lam uel ut Vitruuius Cuneolum qui neruos uertit & tēdit.

*Sed*

*Sed ne ſic*) *corruptiſſimus in prototypo locus ita enim habet* καὶ
pag. 12. οὕτω δὲ πάλιν ἡ ἐπιστροφὴ τῆς ἐπιζυγίδος, διὸ ἐπιζυγίδας εἶχε διὰ τῆς ἐπιζυγίδος καθεζομένην τῷ διαπήγματι μὴ στρέφεσθαι καὶ καταπᾶν μέρος ψαύειν αὐτοῦ. *Nos genuinam hanc lectionem eſſe putamus* καὶ οὕτω δὲ πάλιν ἡ ἐπιστροφὴ τῆς ἐπιζυγίδος δυσχερῶς εἶχε διὰ τὴν ἐπιζυγίδα καθεζομένην τῷ διαπήγματι μὴ στρέφεσθαι καὶ κατὰ πᾶν
ead. μέρος ψαύειν αὐτοῦ. *Hæc ſi ita reſtituas, omnia clara.*

*Brachiorum uim*) *mendoſe* τῆς οὖν τῶν ἀγκωνείας ἰσχυρὰς γνομένης. *ita facilè emendamus,* τῆς οὖν τῶν ἀγκώνων βίας ἰσχυρᾶς
ead. γινομένης.

*Axem*) *Declarat ipſemet Heron, Axem hunc idem eſſe cum* ὀνίσκῳ *.i. Aſello uel ſuculâ, ſcribit enim* ἄξονι ἤτοι τῷ ὀνίσκῳ. *De hoc ſuculæ apparatu Vitr. l°. 10. c. 15.* & affiguntur regulæ duæ (*ipſi nempe Syringæ*) in quas inditur ſucula. *Cæterum quod Heron hoc loco minutè proſequitur id ſummatim Vitr. l°. 10. c. 16. inquiens,* Baliſtarum autem rationes uariæ ſunt & differentes unius effectus cauſa comparatæ. Aliæ enim uectibus, & ſuculis, nonnulla Polyspaſtis, aliæ ergatis, quædam etiã tympanorum torquentur rationibus. *Hæc item de re Ammianus l°. 23.* Hocq; facto, hinc inde ualidi iuuenes uerſant agiliter rotabilem flexum, cum ad extremitatem neruorum acumen uenerit ſummam, percita *&c. item in Notitiæ Imperij libello,* Hunc tamen funem, non manibus, neq; uiribus militum trahi fabricæ ipſius magnitudo permittit, ſed retrò duabus rotis, uiri ſinguli radiorum niſibus adnitentes funes retrorſum tendunt pro difficultate rei uiribus machinis adquiſitis.

pag. 13. *At tardiorem*) *egregiè demonſtrat hoc, Guidus Vbaldus è Marchionibus Montis in ſuis Mechanicis, de Trochleâ Prop. 28. in 2. Corrollario.*

pag. 14. *In alterum Manganum*] μάγγανον, *ea pars eſt trochleæ, quam Vitruuius à nonnullis Rechamum dici aſſerit. etenim Pappus l°. 8.*

*vbi de trochleâ.* Orbiculi quidem, *ait*, qui dicuntur in manẽte loco eſſe, in unum lignum induntur, circa axes uerſationes habentes, quod Manganum appellatur. *& paullo poſt*, atque ita oportet in Manganis diſpoſitos eſſe orbiculos, ut ne membra inter ſe implicata, difficulter moueantur. *Manganum Lipſio teſte, de Mach. l°. 1, Dial. 3. à Machinâ detortum vocabulum: Suidæ uidetur à Magia, certè quancunq; rem mirabilem, & humanum captum ſuperantem hac uoce ſignificarunt, Hinc Mangones, qui, mirabili artificio uenundanda corpora ornabant, & fucum ementibus faciebant. Idem Suidas, uinacium uas ligneũ Manganum dici aſſerit. Heſychius uerò μάγγανα, Machinationes eſſe. Nos vulgo Manganum ædificium illud dicimus, quo per rotam ambulatilem ingenti pondere impoſito pannos, & telas coæquamus & preſſione ipsâ, concinnamus.*

*Vt autem haud difficulter* ] *Græco in exemplari corruptus locus, ita enim habet* ἵνα δὲ μὴ διὰ χειρὸς ἡ διώςρα ἀνάγη τὰς ἐπὶ τῶν μειζόνων ὀργάνων, *nos ita emendamus* ἵνα δὲ μὴ δυχερῶς ἡ διώςρα ἀνάγη τῃ ἐπὶ τῶν μειζόνων ὀργάνων. ead.

*Tympanum* ] *Deprauatè in Archetypo* τρύπανον. ead.

*Eſto igitur Syrinx) in textu quæ ſequuntur uerba,* Oportet autem Machinam ſupra baſim ſuſpenſam conſtitui *&c. Amanuenſis uitio, ante illa poſita erant, eſto igitur Syrinx &c. uitioſe id quidem, cur enim de Baſi ageret nondum abſoluto intenſionis negotio?* ead.

*In extremitate Dioſtræ* ] *mẽdoſe in textu* ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς σύριγγος. pag 15.

*Fiat columella) de hac Vitr. l°. 10. c. 15.* Columella & baſis in ſolo, foraminum VIII. ead.

*Altitudinis cubiti unius* ] *Vitr. loco citato.* Columellę longitudo ad cardinem foram. XII. ead.

*Tricruri) talem fuiſſe Baſim de qua Vitr. ipſius uerba facile oſtẽdunt, ait enim* ejus Capreoli tres. (*sunt autem Capreoli eriſmata fulcimentaue, ut in ſchemate uides*) *quibus ipſa columella ſuſtinetur.* ead.

H In

*In ſummitate cardinem*) *de hoc Vitr.* longitudo columellæ
pag. 16. ad cardinem.

ead. *Chalceſium*) χαλκήσιον. *Vtrum adulterina ſit germanaue lectio affirmare non auſim, certè nullibi apud Græcos uoc. hoc nempe* χαλκήσιον *uſurpatum reperies, fieri poteſt pro* καρχησίῳ *dictum fuiſſe* χαλκήσιον. *De Carcheſio in re haud abſimili ita Vitr. l°. 10. c. 5.* Harum Machinationum omnium, quæ ſupra ſunt ſcriptæ, rationes non modo ad has res, ſed ad onerandas, & exonerandas naues, ſunt paratæ, aliæ erectę, aliæ planæ, in Carcheſijs uerſatilibus collocatæ. *itē l°. 10. c. ultimo* Machinam in Carcheſio uerſatili conſtituit. *eſt autem Carcheſium poculi genus, ſed & hoc Heronis Chalceſium aliqualem poculi præ ſe ferre videtur ſimilitudinem.*

ead. *Recti uero*) *perperam in Græco* οἱ δὲ ὀρθὸρ οἱ η κ, λ θ, περυπέχουσιν, *emendo,* οἱ δὲ ὀρθοὶ η κ, λ θ πὲρ ἀπέχουσιν.

ead. *Chelonarium*) χελωνάριον, *baſis eſt ipſius Anteridij, hanc, ut puto, Vitruuius appellat,* Subjectionem.

ead. *Anteridium*) ἀντηρείδιον *Vitr. l°. 10. c. 16.* Anteridium longitudo foraminum F III. *Dictum autem eſſe* ἀντηρείδιον, ἀπὸ τοῦ ἀντηρείδειν. *i. contraniti, reſiſtere, nulli dubium: nomen igitur habet ab officio, ab hoc enim fulcitur Anapauſteria.*

ead. *Anapauſteria*) ἀναπαυστηρία *nomen eſt, à uerbo* ἀναπαύεσθαι *cōquieſcere, ideo autem ita dicitur quod Syringa illi nixa quieſcat. Videtur hanc Vitruuius l°, 10. c. 15 appellaſſe Antibaſim: ait enim* Poſterior minor columna, quæ Græcè dicitur ἀντίβασις, foraminum octo.

pag. 18. *Membra*) *in prototypo,* μένη, *emendo,* μέλη *uel* μέρη. *i. partes.*

ead. *Eo quod difficilius*) *in textu* ἕνεκα τοὺς τινὰς εὐκόλως τίθεσθαι εἰς αὐτὰ *mendoſe & contra mentem auctoris & loci, corrigo* δυσκόλως *difficulter.*

pag. 19. *Et ſuper ipſas Epizygidibus*) *Græce ita corrupte* καὶ ἐσὶ τῶν ὑποζυγίδων *emendate uero,* καὶ ἐπὶ τῶν ἐπιζυγίδων.

*Oportet*

*Oportet nomina) in Græco τὰ ονόματα, ſcribe τὰ τὰ ὀνόματα.* ead.

*Paraſtates uocatur) Vitr. lo. 10. c. 15.* Paraſtatæ dextrâ ac ſiniſtrâ. ead.

*Antiſtates) in Græco textu ἀνθιςάτης manifeſto errore pro ἀντιςάτης. Dicitur autem Antiſtates quod contra ſtet: ponitur enim è regione ipſius Paraſtatæ.* ead.

*Fiat cauitas) κοίλασμα. Hanc ni fallor Vitr. curuaturam dixit lo. 10. c. 16.* Paraſtata. ead.

*Ditormia) διτορμία, ita dicitur quod duplicatos Tormos .i. cardines habeat.* pag. 20.

*Chelonium) de hoc ſupra, hic autem denotat ipſius Antiſtat gibbam partem quam etiam ὑποπτέρνιον appellat eo quod ipſius Anconis ſeu Brachij pternæ ſubjaceat.* pag. 21.

*Peritreta) tranſuerſa Plinthij latera, de quibus Vitr. lo. 10 c. 15.* tranſuerſarijs cum Cardinibus longitudo foraminum x. *item c. 16.* Deſcribatur ſcutula quæ Græcè περίτρητος appellatur. ead.

*In qua immittuntur cardines) Deprauatè in exemplari ἐν οἷς εἰσάνοι τομοι emendate ἐν οἷς εἰσὶν οἱ τόρμοι.* ead.

*Cubitus) locus in Græco textu corruptus πῆχη οὐκ ἐπ' εὐθεῖαν εἰσὶν αἰ δει .. .. ἀλλά περιφερῆς. lacuna gratis interpoſita, cæterum locus ita emaculādus πῆχη οὐκ ἐπ' εὐθεῖαν εἶναι δεῖ, ἀλλὰ περιφερῆς. Hæc de Peritretorum curuitate intellexiſſe conſentaneum eſt Vitr. lo. 10. c. 16. De ijs enim agens ait.* in qua parte autem eſt curuatura in quibus procurrunt cacumina angulorum &c. *verſuram quoque uocat. Hac de re autem clariſſimè in ea uerba* cum deformatum fuerit (*de cap. ſeu Peritreto loquitur*) circumdiuidatur (*lego circumcidatur* extremum, ut habeat curuaturam molliter circumactam. pag. 22.

*Choenicis) χοινικὶς has Vitr. lo 10 c. 16. modiolos uocat. ait. n.* conſtituantur Modioli foraminum II, item c. 17. Tum uero Modioli ærei in ea capitula includuntur. *quomodo autem in-* pag. 23.

*includantur ex Herone habes & ex eo quod impoſuimus eo loci Diagrammate. Dicuntur autem eadem ratione à forma Gracè* χοινικίδες *Latinè Modioli: ejusdem enim ſignificationis utraq; dictio.*

ead. *Typum fabricare oportet*) *Græca lectio* ἐκβολὰς αἱ δεῖ κατασκευάσαι ἔκδιον τῷ α β γ δ. *Deprauatè ſanitati ſic uidetur reſtituenda,* ἐκβόλαιον οὖν δεῖ κατασκευάσαι *&c.* Ecbolæum igirur fabricare oportet, ſimile &c. *Etenim* ἐκβόλαιον *neutri generis ſit neceſſe eſt ut ipſi* ὅμοιον *.i. ſimile, reſpondeat. quid autem ſit Ecbolæum qui me doceat habeo neminem, nec ſanè quicquam probi, probabiliſue, ex ipſa uocabuli etymo eruere licet. aliquando ſcribendũ putaui* ἐμβόλιον *à formâ, ductâ indagine, haſitaui tamen & hæreo, nec quicquam certi habeo quod huc afferam.*

ead. *Cujus quidem partes*) *in textu mendoſe* ἔχωντας ὑπὸ α ε β ζ περιφερεῖς *reſtituendum puto,* εἴχων τὰς ὑπὸ *&c.*

ead. *Aequalis foraminis diametro* ] *in textu* ἴσην τοῦ σχήματος διαμέτρῳ *emendamus* ἴσην τοῦ τρήματος διαμέτρῳ.

ead. *Quæ ſi ærea futura eſt*) *ita Vitr.* Medioli ærei in ea capitula includuntur.

ead. *Ductili ære elaboretur*) *Græcè peruerſè* διαπλάσαντα κύκλῳ χυτὴν ποιῆσαι. *ita corrigo* δεῖ πλάσαντα κυκλωτὴν ποιῆσαι.

pag. 24. *In canalem incidentes* ] καὶ εἰς τὰ σωλῆνα, *ſcribe,* καὶ εἰς τὴν σωλῆνα.

ead. *Subjectio*) *in Græco* ὑπόθεμα, *erat itaq; fulcimentum ſeu baſis ipſius choenicidis, idq; operabatur, ut ipſa Choenicis ſeu Modiolus facilius uerteretur Differt autem longiſſimè iſthæc ſubjectio, ab ea, de qua Vitr. l°. 10. c 15·* ſubjectio foraminum XII.

ead. *Prædictus canalis*) *luxatè in Græco* ἐν ᾧ ἐστὶν ὁ ἐωραμένος σωλήν: *legen. puto* ὁ εἰρημένος σωλήν.

ead. *Entormia* ] *mendoſe Græca,* ἐντορνία. *Eſt autem Entormia pars illa choenicidis in qua ſunt* τορμοὶ *i. cardines.*

ead. *Antitormon*) ἀντιτόρμων. *eſt Antitormon idem quod Entormia, nempe pars illa excauata in Peritreto capituloue in quam ipſius choenicidis tormi induntur.*

*Conti-*

*Continetur*) *in Græco* κατεχορδήν, *mallem* κατειργουδήν, *con-* ead.
*tenta.* (*vel* κατεχομένη.)

*Duabus choenicidibus* ] *hæc eadem fere Vitr. l°. 10. c. 17.* Tum pag. 27.
vero Modioli ærei in ea capitula includuntur, & in eos cu-
neoli ferrei quos ἐπιζυγίδας Græci uocant collocantur. De-
inde anſæ rudentum induntur per foramina capitulorum
& in alteram partem traijciuntur deinde in ſuculas conij-
ciuntur. &c. ead.

*Toni*) *mendoſus textus,* πίτου. ead.

*Entonium*) ἐντόνιον, ἀπὸ τοῦ ἐντείνειν *dicitur, hoc eſt, intendere.* ead.

*Hemitonia* ) *appellat Auctor Hemitonium Pegma totum con-*
*ſtans capitulis, Paraſtate, et Antiſtate, neruis jam tenſis, et brachio.* ead.

*Paullo minus duplo*) *magnum inter hæc Hemitonia relinquitur*
*interuallum, & hoc in Palintonis, habita emittendorum lapidum*
*magnitudinis ratione. in Euthytonis uerò quibus tela ejaculantur*
*ſpatium minus requiritur, quod tamen quantum futurum ſit, Au-*
*ctor ipſe non terminat.*

*Pluribus Diapegmatibus*) *mendoſus codex* διαπήγμασι συνέ- pag. 28.
χοντι λείοσιν *ſcribendum* πλείοσιν.

*Trapeza*) *.i. menſa, de hac Vitr. l°. 10. c. 16.* Regulæ quę eſt in pag. 29
menſa longitudo foraminum octo. item Climacidos ſupe-
rioris pars, quæ eſt proxima quæ conjuncta eſt Menſæ &c.
*Menſa hæc in Petrarijs, hoc eſt Palintonis, requiritur neceſſario,*
*non autem in Euthytonis, & ideo nil de ea Vitr. cap. 15. ubi de Scor-*
*pionibus & catapultis, Cæterum cur Menſa dicatur, res ipſa facile*
*docet.*

*Et manus*) *in Græco* ἤχει *ſcribendum* ἡ χείρ. ead.

*Climacis*) κλιμακὶς, *Scalula, Vitr Græcum maluit uocab. ait .n.* pag. 8.
*l°. 10. c. 16. ubi de Palintonis.* Climacidos ſcapi longitudo fo-
raminum XIII. *Nomen ſortitur à forma.*

*Quod fit*) *Deſunt quædam in exemplari ita enim habet* ὅπως pag. 28.
τῆς καταγωγῆς γινομένης, *ut attractione factâ, Nos emendatiorem*

 *codicem*

*codicem Græcum nacti uerſionem ex ipſi Græco textu correximus.*

pag. 28. *Ipſius Choenicidis*] *in Græco* ἐπιζυγίδος, *quod ad rem non facit.*

*Ferreas laminas*] *Machinas haſce ferreis laminis muniendas*
pag. 29. *ipſe quoque Vitr. docet l°. 10. c. 15.* Anguli quatuor, qui ſunt circa in lateribus & frontibus laminis ferreis, aut ſtilis æreis, & clauibus configantur, *clauis forte legendum.*

ead. *Peritreta uero ad Rhombi modum efformantur. vide quæ nos de Rhombo in l°. De Vitruuianorum uerborum ſignificatione, certè ſcutulam ad inſtar fuiſſe Rhombi hinc diſcimus quod enim de Rhombo noſter auctor, ad Peritretum, ita Vitruuius* Deſcribatur ſcutula quæ Græcè περίτρητος appellatur.

*De Palintonis*) *fucum nobis feciſſe uidetur Heron. ab Euthyto-*
pag. 30. *nis enim incipiens labitur ſenſim in Palintona, tum lectore non admonito, ad Euthytona relabitur.*

ead. *Euthytona uero*) *in Græco* τα δε ἄτονα *manifeſto errore.*

ead. *Nec Anteridas*) *in textu, emendabili lapſu,* τὰς περεῖδας *i.* τὰς ἀντηρεῖδας.

ead. *Vnico ligno*] *hoc eſt quod docuit Vitr. l°. 10 c. 15. ubi de ſcorpionibus & Catapultis quæ Euthytona ſunt.* Tabulæ quę ſunt in ſummo & in imo capituli Paralleliq; uocantur. *Tabulas ergo uocauit non capitula.*

*Meſoſtatarum*) μεσοστάτας *appellabant, mediana illa arrectaria*
ead. *in Euthytonis, quæ Antiſtatæ in Palintonis dicebantur. id factum puto, propterea quod in Palintonis duo eſſent Plinthia ſeu Hemitonia diſtincta, unde Antiſtates dicebatur reſpectu Paraſtatæ, in Euthytonis autem cum unicum eſſet Plinthium Antiſtatæ, Meſoſtatæ dicebantur quod medium inter Paraſtates locum occuparent. Vitr. hoſce Meſoſtatas, Medianas Paraſtatas appellauit, inquit enim* A foramine ad Medianam Paraſtatam. *item* Latitudo Paraſtatis mediæ unius foraminis. *Demum* interualllum ubi ſagitta collocatur in media Paraſtate foraminis partis quartę

pag. 31. *Adhæc & foraminum diametros*) *Perperam in exemplari* καὶ

ἐστὶ τῆς

ἐπὶ τῆς τῶν τρημάτων διαμέτρους, *legendum* καὶ ἔτι τὰς *&c.* ead.

*Centro N.) deeſt in textu, librarij, ut arbitror, uitio, neq; enim verisimile eſt Auctorem, centri ſitum, in quo tota uis conſiſtit, reticuiſſe, preterea in ordine alphabetico litterarum oſtenſiuarum* λ, *deſideratur, quam nos Latini alphabeti ſeriem ſecuti N, nota ſignauimus. ſiquidem latinè uertentibus Græcarum notularum ordo* eadem
*ſeruari minime poteſt.*

*Haud ita multum) in Græco* μακρὰν, *lego* μικρὸν *re ita exigente.* pag. 33.

*Per cauum impellitur) in textu mendosè* ἄρμος δε ὠθεῖται ὁ τῆς χοινικίδης *legendum puto* τόρμος δὲ ὠθεῖται διὰ ὀπῆς χοινικίδης. ead.

*Quæ uero Entonia] hic fabricam & uſum ejus inſtrumenti docet, quod quidem ſe facturum receperat. Vitruuius nomen reticet rem proſequitur ita enim ſcribit l°. 10 . c . 17.* Deinde anſę rudentum [*hoc eſt ſonorum*] induntur per foramina capitulorum, & in alteram partem traijciuntur deinde in ſuculas conijciuntur inuoluunturq; uectibus uti per eas extenti rudentes, cum manibus ſunt tacti, æqualem in utroque ſonitus habeant reſponſum. *Mirum noſtrum Auctorem de ſonorum æqualitate nihil prorſus egiſſe.* pag. 34.

*Suculæ) in textu* ὀνίσκυ, *ſcribendum* ὀνίσκοι. ead.

*Alterum principium toni) hoc eſt quod Vitr. dixerat* anſas rudentum, *Hæc ferè & ſequentia uidetur Architectus à noſtro hoc Mechanico accepiſſe, Nos ni fallimur rem totam figurâ ipsâ, ſole clariorem fecimus.* pag. 35.

*Periſtomide quadam) quid ſit* περιστομίς *tum auctoris uerba, tum nos figurâ docuimus. dicitur autem Periſtomis eo quod ſit oſculum ſeu bucculu quædam quæ tonum recipit, & cuneolo ſtrictum retinet donec à ſucula ſolutus, traijcitur per foramina. Vitr. Periſtomidis non meminit, uſum tamen non reticuit: ait enim l°. 10. c. 17.* Tunc autem cuneis *ad* foramina concluduntur ut non poſsint ſe remittere, ita trajecti in alteram partem, eadem ratione uectibus per ſuculas extenduntur donec æqualiter ſonent.

*Porro*

Porrò de cuneis Heron, nihil, nos Vitr. adſtipulante & rei ipſius neceſſitate exigente cuneolum diagrammati ad Periſtomidem adjecimus.

ead. Circa Epiſtomidem) ἐπιστομὶς à figura nomen, eſt enim ceu parvum Epiſtomium.

pag. 36. Ceſtram) κέστραν Aciculam, noſtri vulgo Pontirolum appellant Germani pfriem unde Latinis, framea.

ead. Rhamphida) in Græco uitioſe ῥανίδα, etenim ῥανὶς gutta quod ad rem non facit ῥαμφὶς uero Roſtrulum denotat.

pag. 37. Conuertes Choenicidas] in prototypo ἐπιστρέψεις τὰς χοινικίδας ὡς καταγωγαῖς προείρηται, dictionem καταγωγαῖς, ut ſpuriam & aſcititiam de loco expungimus.

ead. Annulato) Græce ἔχοντα τὸν κρίκον mēdoſa lectio habebat κρίνον.

ead. Neruis autem) ita perperam in textu νεύροις δὲ ἀεὶ χρῆσθαι ἤτοι ὠμιαίοις. emendo νεύροις δὲ δεῖ χρῆσθαι τοῖς νωτιαίοις. ἤτοι ὠμιαίοις quod uero ad neruorum materiam, & apparatum ſpectat, qui ue utilius eligantur: copioſè docet noſter iſte Auctor, à quo omnia fere accepit junior Heron in l°. de Machinis 18 Diſertè item hac de re agit Lipſius l°. Machin. 3. Dial. 3. ubi non Græcorum modo ſed latinorum quoque congerit, & examinat auctoritates.

ead. Suibus exceptis) πλὴν σίων ſcribe πλὴν σύων.

ead. Conſici enim non poſſunt] in textu ποιητὰ γὰρ reſtitue ἀποίητα γὰρ.

ead. Bifida ſit) mendoſè περὶ τὸ μεταξύ τῶν βελῶν emendate χηλῶν.

ead. Teli ſit craſſitudinis capax) Græca τοῦ βέλους τάχος, ſcribo πάχος.

ead. Lati fiunt inſtar zonæ) exemplar, craſſo errore καθάπερ ζῶον, lego, ζώνη.

pag. 38. Non bifida quidem) in textu χελωνηδόν, ſcribo χηλνηδὸν ἵ ut ſit ἀπὸ τῆς χηλῆς non autem χελώνης.

ead. In Euthytonis autem) Græce erat τῶν ἐντόνων, emendo εὐθυτόνων.

ead. Cæterum brachiorum neruus) brachiorum neruos appellat funiculos ipſos quibus per capitulorum foramina immiſſis, & contor-

tis

*tù brachia in Hemitonÿs ſeu Plinthÿs diſtinentur. Hoc idem Vitr. l°. 10. c. 16.* Namq; fiunt in capitibus foramina per quorum ſpatia contenduntur, capillo maxime muliebri uel neruo, funes. *Lipſius hunc locum uertens Cteſibio hæc aſcribit.*

*Locuti ) in codice deprauato* ἐυρηκότας, *reponendum* εἰρηκότες. ead.

*Et efficaces ] textus* καὶ ἐναργὰ, *reſtituo* ἐνεργά. pag. 39

*Cum uniuerſim ) deeſt hoc in exemplari, amanuenſis uitio.* ead.

*Et fundamentum ) Græcè* ἀρχὴ γὰρ καὶ ἠρύμθμον ὁ τόνος. *macu-* ead.
*loſus locus ita emaculandus, ut arbitror* ἀρχὴ γὰρ καὶ πυθμὴν ὁ τόνος.

*Foramen ) hac de re Vitr. l°. 10. c 16.* Sed tamen *ait*, nulla ead.
Baliſta perficitur niſi ad propoſitam magnitudinem ponderis ſaxi, quod id organum mittere debet. Igitur de ratione earum nō eſt omnibus expeditum, niſi qui arithmeticis rationibus numeros, & multiplicationes, habent notas. *hæc ille, qui intelligere uoluit negotium hoc ÿs tantum difficile nō futurū, qui cubicum latus arithmeticis rationibus poſſent inuenire.*

*Minarum octoginta ) ſi centuplicetur numerus, fiet, 8000. cujus* ead.
*numeri cubicum latus 20. cui ſi addas decimam partem, fiunt 22. Cur autem numerus centuplicandus ſit nullam affert rationem, & fortaſſe nec afferre potuit. experientiæ enim, ut ipſe met inquit, res nititur. Pulcherrima tamen, quicquid ſit, doctrina eſt, & apprimè facilis, quam tamen non obſeruaſſe Butronem, &, qui eum ſecutus eſt, Danielem Barbarum in Vitruuium, admirationem facit. Cæterum hoc loco annotatione digniſſimum eſt, Heronem ad Minas, Vitruuium ad Pondera negotium examinaſſe, ex quantitate autem diametri colligimus Minam de quâ Heron ( ſi modo utrorumq; digiti æquales ſunt) pondere Vitruuiano duplo ferè eſſe majorem. Ecce ait Vitruuius* nam quę Baliſta duapondo ſaxum mittere debet foramen erit ejus capitulo digitorum quinque. *Sit itaq; Mina unius ſi centuplicetur fiet 100. cujus cubicum latus proximè excedens $4\frac{2}{3}$. cui ſi addas decimam partem fient fere quinq;, & is eſt Vitruuÿ numerus in duapondo. Præterea ſi numerum Minarum*

*I* *octogin-*

*octoginta, quo ad exemplum utitur Heron, duplicabis erunt 160. at Vitruuius à Barbaro emendatus habet 160. Pondo, digitorum 21. cum $\frac{11}{20}$ ecce ferme quod dixerat Heron lapidem 80 Minarum requirere foramen digitorum 22. Ego hanc duplam Græcanicæ Minæ, ad Romanum pondus proportionem à nemine inuenio notatum. Mina Attica fuit drachmarum 100. Pondus uero Romanum drachmarum 96, non ergo dupla ponderi ſed ferè par Mina Alexandrina, Galeno auctore. Georgio Agricola l°. 5. de ponderibus, referẽte fuit drachmarum 160. quare nec iſta ad pondus dupla Mina Hebraica ſexaginta ſiclorum drachmarum fuit 240. & hæc pondere Romano longe duplo major. De qua igitur Minâ quæ in dupla fere ratione ſit ad Romanũ pondus intellexerit noſter Heron, certi quid quod in medium afferam, non habeo: certè ad Alexandrinam propius accedit.*

pag. 40. *Vt quantum habuerit longitudinis telum) in Græco librarius ſomniculoſus prætermiſit verbum βέλ☉. Hanc porro, (Data teli longitudine) foraminis inueniendi eſſe rationem Vitruuius quoq; monſtrauit de Catapultis, & Scorpionibus agens quæ quidem ut ſæpe diximus organa Euthytona Lignijacula. Ait enĩ* Omni igitur proportione eorum ratiocinata ex propoſita ſagittæ longitudine quam id organum mittere debet, ejusq; nonę partis ſit foraminum in capitulo magnitudo per quę tenduntur nerui torti quæ brachia continere catapultarum debẽt. *Hæc ille. cæterum animaduerſione eſt dignum nullam ueteres Mechanicos craßitudinis teli neque ponderis habuiſſe rationem, uel ſaltem, cum maximi ſit res momenti, non docuiſſe.*

ead. *Erit digitorum octo) ex hoc Heronis loco manifeſtum fit πῆχυ, hoc eſt, cubitum fuiſſe digitorum quatuor, & viginti, octo autẽ digiti tertia cubiti pars. Vitruuius pedibus metitur, qui pes duas tertias partes cubiti continet hoc eſt digitos ſexdecim. Dimenſio per cubitos familiaris fuit Hebræis ut facile ex ſacris libris colligitur.*

ead. *Quoniam igitur tonus] in exemplari non τόν☉ quod debuit eſſe ſed abſurde τόπ☉.*

*Altitu-*

*Altitudinem) ſimiles figuræ habent homologa latera ex primâ Def. 6. Elem. Porro, Coni, & cylindri ſimiles dicuntur, cum habent axes, & baſium diametros proportionales ex Def. 24. lib. 11. Elem.* ead.

*Habent triplam rationem) ex Prop. 12. l. 12. Elem.* ead.

AB, *ad* GH) *ex Def. 10. l. 5. Elem.* pag 41.

*Sint duæ rectæ lineæ ] totus iſte locus in quo Heron modum inveniendi organicè duas medias proportionales docet, in Græco Exemplari ita corruptus eſt ut nec ab ipſomet auctore ſi uiueret agnoſceretur. Nos luxata in artus reſtituimus ex his quæ hinc, tum Pappus tum Eutocius deſumpſerunt, quæ quidem licet aliquanto differant, in ipſa uerborum texturâ, doctrinam tamen eandem legentibus offerunt. Si quid autem abundantius ad demonſtrationis claritatem deſideras ea conſule, quæ in Pappi uerſione I. Commandinus adjecit commentaria. Porro hæc ſunt, optime Lector, quæ nobis in hoc libello quem primi, Latine redditum, ornauimus, & figuris illuſtrauimus animaduerſione digna uiſa ſunt. accipe, fruere, boniq; conſule,* pag. 42.

FINIS.

Γεγονέτωσαν κανόνες δύο πελεκινωτοὶ οἱ α β γ δ ἐν τετραγώνοις πελεκίνοις, ὧν θῆλυς μὲν ἔστω ὁ α β, ἄρρην δὲ ὁ γ δ. καὶ τὸ μὲν μῆκος ἐχέτω ὁ α β πόδας γ καὶ δακτύλους δ, τὸ δὲ πλάτος ἐχέτω δακτύλους δ ς τὸ δὲ πάχος δακτύλους δ. ὁ δὲ γ δ τὸ μῆκος ἐχέτω πόδας γ. τὸ δὲ πλάτος ὡς *β ς. τὸ δὲ πάχος δάκτυλον, ὁ α δ. ἐχέτω δὲ τὸ βάθος ὁ σωλὴν τοῦ α β κανόνος δάκτυλον α ε, τοῦ δὲ α β σωλῆνος. ὁ μὲν ε ζ σεσωληνίσθω οὔσα ποδῶν β ς. δακτύλων ς. λοιπὴ ἄρα ἐστὶν ἡ ζ λ δακτύλων ς. ἀπειλήφθω δὲ πάλιν τοῦ α β κανόνος ἡ α θ ἀπὸ α ε καὶ δακτύλων δ ἡ δὲ κ ποδὸς α καὶ δακτύλου α λοιπὴ ἄρα ἡ κ θ ἔσται δακτύλων ζ, ἀπειλήφθω δὲ πάλιν τοῦ α β κανόνος τοῦ πάχους τῶν δ ζ δακτύλων, δάκτυλος α ζ. τετμήσθω ἕως τῆς α κ καὶ τῆς λ θ, ὥστε εἶναι τὸ θ κ μέρος τῶν αὐτῶν δακτύλων δ ς τουτέστι χ ψ υ φ. γεγονέτω δὲ καὶ σωληνοειδές τι σχῆμα τὸν β καὶ τρηθὲν ἐν μέσῳ τετραγώνῳ τρήματι συμφυὲς γινέσθω τὸ λ β ἄκρῳ τοῦ α β κανονίου, ὡς τὸ σχῆμα ὑπόκειται. τοῦ δὲ γ δ σωλῆνος ἡ μὲν ε δ. ἔστω ἄρρεν πελεκῖνος, καὶ ἁρμοστὸς γεγονέτω τῷ θήλει πελεκίνῳ τοῦ α β σωλῆνος τῷ α ζ μέρει, τουτέστι τῷ δ ε μέρος τῆς γ δ κανόνος.

Αὖ δὲ τὰ περὶ τῆς κλίσεως ἐκθησόμεθα. γεγονέτω ἐξ ὕλης σιδηρᾶς χειρολαβὴ ἡ α β γ δ, τῷ σχήματι οἷα ὑπογέγραπται. δίχηλον δὲ τὸ ε ζ. μέρος ἔχον. τὸ δὲ ζ θ τόρμος ἔστω τετράγωνος, χαστηρία δὲ κ λ μ ρ. δρακόντιον δὲ τὸ μ ζ. περιάριον δὲ τὸ ο π ρ ε. καὶ τετρήσθω ἡ α β γ δ χειρολαβὴ κατὰ τὸ δ. ὁ ζ ε δ κανὼν ὁ ἐν τῷ πρώτῳ θεωρήματι τετρήσθω κατὰ μ η ξ, καὶ κατὰ μὲν τὰ μ η στρογγύλῳ τρήματι διάμπερες, κατὰ δὲ τὸ ξ παραλληλογράμμως καὶ οὕτως ἐνηρμόσθω ἡ χειρολάβη ὥστε περόνην διὰ τῆς μ ν διωσθῆναι, καὶ διὰ τοῦ δ τρήματος τῆς χειρολάβης *καὶ κυνωθῆναι. τρήσαντες δὲ τὸ ι θ δίχηλον κατὰ τ ι ς. καὶ τὴν κ λ μ χαστηρίαν κατὰ τὸ φ, καὶ ἐμβάλλοντες περόνην δι' ἀμφοτέρων τῶν ὀπῶν τῶν τ υ φ κινοῦμεν, ὥστε περὶ αὐτὴν κινεῖσθαι τὴν χαστηρίαν *ἐμποδίστως. ἐχέτω δὲ ἡ χαστηρία ἐντομὴν τὴν λ μ ἔχουσαν, κατὰ μῆκος δάκτυλον α, λαβόντες οὖν τὴν δ θ ἐπὶ τοῦ γ δ κανόνος δακτύλου ι α. καὶ τρήσαντες κατὰ τὸ ο, καθιέμεν τὸ ε θ δίχηλον, καὶ κινοῦμεν ὥστε ἀκίνητον διαμένειν

*ποδῶν δύο, δακτύλων ς.

*ἀνεμποδίστως.

μένον. ἔπειτα τρήσαντες τοῦ ξ δρακόντιον κατὰ τὸ ν, καὶ τὸν γ δ κανόνα
κατὰ τὸν π τὸν ἐν τῷ α θεωρήματι ἀπέχον τοῦ μ δακτύλους δ, καὶ καθέν-
τες διά τι τοῦ τρήματος τοῦ δρακοντίου καὶ τοῦ π πτερυγίου κινοῦμεν ὥστε εὐ-
χερῶς κινεῖσθαι τὸν ξ δρακόντιον περὶ αὐτὴν, καὶ πάλιν ἀποστήσαντες ἀπὸ
τῆς χειρολάβης τῆς γ δ τὴν ξ ρ ἐπιτρέψωμεν κατὰ τὸ ρ καὶ πάλιν ἀπ' αὐτοῦ
μετρήσαντες δακτύλους δ. ὡς τὴν ρ ς ἐπιτρέψωμεν κατὰ τὸ ς. καὶ οὕτως καθί-
εμεν ἐν τῷ γ δ κανόνι ὅς τις ἐστὶν ἐν τῷ α θεωρήματι ἑξῆς κεῖται.

Κατασκευάσθωσαν δὲ καὶ τὰ καλούμενα καμβέστρια τρόπῳ τοιῷδε.
ποιήσαντες γὰρ σιδηροῦς κανόνας δ, μῆκος ἔχοντας ἑκάτερον δακτύλους εἴ-
κοσι. πλάτος δὲ δακτύλου διμοίρου μικρῷ πλείων. πάχος δὲ ὥστε μὴ
εὐχερῶς * κάμπτεται. ἔστωσαν δὲ οἱ α β γ δ ε ζ η θ οἷον εἰσὶ τῷ σχήματι *κάμπτεσθαι
καταγεγραμμένοι ἔχοντες συμφυεῖς κρίκους τοὺς κ δ μ ν ξ ο π ρ τὸ εὖρος
ἔχοντας δακτύλους β. τὸ δὲ πλάτος δάκτυλον α. τὸ δὲ πάχος τὸ αὐτὸ τοῖς
κανονίοις. ἔστω δὲ τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν κανονίων δακτύλων γ ς. γεγονέ-
τωσαν δὲ καὶ πτερύγια τὰς τῶν υ φ χ ψ ω. α. συμφυῆ τοῖς α β γ δ ε
ζ η θ κανονίοις τὸ δ εὖρος δακτύλου διμοίρου. ἔστωσαν δὲ καὶ κύλινδροι χα-
λκοῦ φοῖς β γ δ ε μ ζ ν ο· μῆκος ἕκαστος ἔχων δακτύλων β. πάχος δὲ ἴσον
τῶν κανόνων. τὴν δὲ διάμετρον τοῦ εὔρους δακτύλους α γ. ἐχέτωσαν δὲ καὶ
συμφυεῖς κρίκους περικειμένους τῇ κυρτῇ ἐπιφανείᾳ τῶν κυλίνδρων
τοὺς μα μβ μγ μδ με μς μζ ἀπέχοντας ἀπὸ τῶν β δ ς ἢ δάκτυλον α ς δ,
πλάτος δὲ ἐχέτωσαν δακτύλου διμοιρον, πάχος δὲ τὸ ἴσον τῶν κανονίων
α δ, β γ δ κ ο. ἐντομὰς ἐχέτωσαν κατὰ διάμετρον τὰς ς ς εἰς ἃς κανό-
νια ἐμβεβλήσθω, ἁρμοστὰ κατὰ * κρόταφον τὰ μα μβ μς, μῆκος ἔχον *ἑκάτερον.
ἑκατέρου δακτύλους γ πλάτος δὲ δακτύλου διμοίρου:

Γεγονέτω καὶ τὸ καλούμενον καμάριον τῷ σχήματι οἷον ὑπογέγρα-
πται τὸ α, ἔχοντι τὴν μὲν ι ε ποδὸς ἑνὸς καὶ δακτύλων ζ ς τὸ δὲ διάστημα τοῦ
καμαρίου τὸ ο κ δακτύλων ε. τὸ δὲ μῆκος ἑκατέρας τῆς α ξ δακτύλων δ, ἑκα- * ὡς
τέρας δὲ τ β η. δακτύλων β τὸ δὲ μεταξὺ διάστημα τῆς α β καὶ ζ η ὡς δα-
κτύλων α. πάχος δὲ ἐχέτω ἴσον τῶν προειρημένων. τὸ δὲ καλούμενον
κλίμακι ν ἔστω λ μ ν ξ ο π ρ γ ἐκ δύο κανονίων σχήματι οἷον ὑπογέγρα-
πται, μῆκος ἔχων ὁ μὲν ο π ρ ς κανὼν ποδὸς α καὶ δακτύλων ι ὁ δὲ λ μ ν ξ
ποδὸς ἑνὸς καὶ δακτύλων η. πλάτος δὲ πρὸς μὲν τοῖς ο ν τ. μέρεσι δακτύ-

λων β. πρὸς δὲ τοῖς σ π ρ ς δακτύλων λ δ. πάχος δὲ ἕκαστος τῶν α β
*ἴνα ν ρ ο δ ρ ε τόρμων ἔσω δακτύλων β. καὶ διηρήσθωσαν οἱ λ μ ν ξ ο π ρ ς κανόνες εἰς τρία ἴτα † τὰ φ τ ψ υ ω ς. τετρήσθω τὰ μὲν τ υ κατὰ τὸ μῆκος τρήμασι παραλληλογράμμοις, τὰ δὲ φ χ ψ ω ἔχοντα τὸ μῆκος χωρὶς τῶν τόρμων δακτύλους γ. τὸ δὲ πλάτος δακτύλους δύο ἥμισυ καὶ καθείσθωσαν τὰ δ ς τὰ δ συλάρια καὶ τὸ διαπήγιον εἰς τὰς ὀπὰς τῶν κανόνων, καὶ καθηλώσθωσαν οἱ τόρμοι, τοῦ διαπηγίου πρὸς τοῖς κανόσιν ἐπήρας ὥστε συνέχεσθαι τοὺς κανόνας εἶναι αὐτῶν τὸ μεταξὺ διάστημα δακτύλων γ. ἔτι δὲ μὴν καθηλώσθωσαν τῷ λ μ κανόνι, καὶ τῷ ο ρ τὰ ς ς. ἐφ' ἑκάτερα τοῦ τ διαπήγματος μῆκος ἔχοντα δάκτυλον α. πάχος δὲ σύμμετρος. καὶ τετρήσθωσαν κατὰ τὸ μέσον. ἀπεχέτωσαν δὲ ἀπ' ἀλλήλων δακτύλους δύο ς: ἐποιήσθωσαν δὲ καὶ κωνοειδῆ δύο τὰ α β γ δ ε ζ η θ ἔχομεν ἕτερον μῆκος δακτύλων ια. τὸ δὲ πάχος τῶν α β ε ζ κορυφῆς ἑκάστου κονοειδοῦς ἐχέτω δακτύλου τὸ ἥμισυ. τὸ δὲ τῆς βάσεως πάχος ἑκάστου τῶν γ δ ν θ δακτύλου ἑνός. ἐχέτωσαν δὲ κατὰ μῆκος σωλῆνας τετραγώνους καὶ τόρμους, ἐν ταῖς α β ι ζ κορυφαῖς, ὥστε κανονίων γίνεσθαι συμφυῶν κρίκοις ἁρμοστῶν τοῖς τόρμοις καὶ τοῖς σωλῆσιν ἐκκομίζεσθαι ἐπὶ τῶν σωλήνων, καὶ τῶν τόρμων ἐν τοῖς κωνοειδέσι γεγονόσιν. ἔστωσαν δὲ τὰ μὲν κανόνια συμφυῆ τοῖς κρίκοις τὰ κ λ μ ν ρ ξ π. κρίκοι δὲ οἱ κ λ ξ ο. ἀνακαμπτὰς δὲ ἐχέτωσαν τὰ κανόνια πρὸς τοῖς πέρασι τὰ μ ν π ρ ὕψος ἐχούσας δακτύλου τὸ ἥμισυ.

ΤΈΛΟΣ.

ὡς ἔκειτο ἐν τῷ πρωτοτύπῳ.
δόξα τῷ μόνῳ θεῷ.

# HERONIS ALE-XANDRINI VITA

*Bernardino Baldo Vrbinate Auctore*

HEron, Geometricæ Machinaliſq; ſcientiæ cauſâ clariſsimorum uirorum Pappi, Eutocij, imò & operũ ipſorum teſtimonio, Laudatiſsimus. Alexandriæ, Vrbe, illo æuo in Aegypto, Mathematicũ ſtudijs florẽtiſsimâ, circa ſecundi Ptolemæi Euergetis tempora, claruiſſe uidetur Palam ſiquidem eſt, juniore Herone, & ipſo quoq; Mechanico auctore, noſtrum hunc, Cteſibij, Aſcræi, tonſoris in Aſpendiâ (ut Athenæus in Dipnoſophiſtis refert) moram trahẽtis, uel certè Alexandrini cujuſpiam tonſoris filij, ut Vitruuio placet, diſcipulum fuiſſe: qui quidem Cteſibius ſi eidẽ Athenæo, ſcriptori grauiſsimo, fides, Ptolomæo ſupradicto regnãte inter uiuos fuit, Vir ingenio ſubtili, peracri, & primus, eodemmet Vitruuio teſte, ſpiritalium, quæ Pneumatica à Græcis dicuntur, mirabiliumq; Machinarum repertor. Igitur noſter Heron magiſtri excellentiâ et proprij ingenij acumine ſollertiaq; adjutus maximos in Mechanicis profectus fecit Nec ſanè mirum, non enim ad ea ſtudia, Geometrici expers, ut nonnulli imò pleriq; omnes, hodie faciunt, qui fundamẽtis neglectis temerè ædificium ipſum agrediuntur, ſe ſe contulit; ſed à primâ adoleſcẽtiâ præclariſsimis doctrinis imbutus, omnibuſq; veluti armis ornatus, quaſi per gradus ad ſummum apicem generoſè contendit. Itaq;, quod in ſemetipſo fuerat expertus, alios præclare docuit. ſcripſit enim, Pappo in Collectaneis referente; Mechanices alteram partem rationalem eſſe, alteram uero manuum operâ indigentem, & Rationalem quidem partem, cum Geometricis Arithmeticiſq;, tum Aſtronomicis, Phyſiciſq; conſtare rationibus,

Chirurgi-

Chirurgicam uero, hoc eſt manu operantem, Aerariâ, Aedificatoriâ, fabrili, Pictoriâ, & cæteris hujuſcemodi artibus expediri, itaq; eum qui à teneris prædictis diſciplinis operam dediſſet, in egregium Architectum Machinarumq; inuentorem effectoremq; euaſurum. Multa ipſe proprij ingenij pleclara edidit monumenta, in terquæ liber ille annumeratur, quem Mathematicarum Diffinitionum inſcripſit, quo fumiliariter uſus eſt, (auctore laudato) Georgius Vallainijs quæ de Geometriâ uoluminibus ſcripſit. Feliciter quoque & cum ſucceſſu ad duas medias proportionales organicè inueniendus ſtudium & diligentiam contulit, quamobrem inter cæteros Deliaci Problematis explicatares ab Eutocio, Pappo, Valla prædicto, & alijs non ſine maxima perſpicacis ingenij laude commemoratur. Quatenus autem ad Mathematicas diſciplinas pertinet, quibus enixè ut dictum eſt, operam dedit, in ea opinione fuit, ſi Proclo, in primos elementorum libros egregia commentaria ſcribenti, credimus, tria tantummodo, ut in pauciſſimis enumeranda eſſe pronunciata quæ tamen, ipſe Proclus, quæ fuerint, reliquit ſub ſilentio. Librum præterea edidit μετρικῶν ab eo nuncupatum, cujus meminit Eutocius in tertium theorema Archimedis de circuli Dimenſione his uerbis. Quo Pacto oporteat dati numeri proximum latus
" (Radicem noſtri appellant) inuenire dictum eſt Heroni rn Me-
" tricis. Hic utrum alicubi in Bibliothecis extet, mihi quidem incõpertum, id autem certum eſt uiuente Eutocio cujus fidem ſequimur in manibus doctorum hominum fuiſſe. In Mechanicis licet, uti dicebamus Præceptorem habuerit Cteſibium, mox ætate & doctrinâ prouectior, Archimedem Mathematicorum et Mechanicorum omnium principem ſequendum ſibi & imitandum propoſuit, cujus etiam apertè meminit in ipſa ſpiritalium introductione, ex eo libro teſtimonium petens quem mirificus ille vir περὶ ὀχουμένων, hoc eſt Die his quæ uehuntur, poſteritati tradidit, quamobrem cum ſe totum ejus inuentis illuſtrandis, & explicandis dediſſet, inter cætera, ut Pappus in Collectaneis ſcribit. accuratiſſimè quadrageſimum

ejus

*ejus inuentum, quo ingentia pondera mira trahebat facilitate, declarauit, unde per oblatam ſibi ex illo ſtudio occaſionem librum confecit & publicauit quem* Βαρȣ̃λκον *hoc eſt Latinè onerum tractorē (ut machinæ ingenium exprimeret) nominauit. Abſolutiſſimum præterea Mechanicorum uolumen concinnauit, in quo Archimedeâ prorſus ſubtilitate, & ſolertiâ de quinque Mechanicis facultatibus, quas Græci* δυνάμεις, *hoc eſt Potentias uocant, tractationem abſoluit. Sunt autem iſtæ, Machinarum fere omnium principia, & elementa quædam, nempe Cuneus, vectis, Cochlea, Polyſpaſtus, & Axis, quem dicunt in Peritrochio. Operi huic nobiliſſimo Mechanicarum introductionum titulum fecit, ex quo quidem Pappus omnia ferè decerpſit quæ ad hanc ſpeciem pertinentia in octauum collectaneorum librum conjecit, cujus uerba eo quod non parum ad hiſtoriam illuſtrandam faciant, libentius hiſce ſcriptis atteximus. ait igitur, Commandino interprete.* Hæc de Ponderibus dicta ſint. De quinque uerò facultatibus prædictis ex Herone expoſitionem breuiter faciemus ad memoriam ſtudioſorum, ad dentes etiam de Machinâ unimembri, bimembri, trimembri & quadrimembri ea, quæ neceſſario dicuntur: ne qui hæc quçrit aliquando laboret inopiâ librorum in quibus ſcripta ſunt. etenim nos in libros magna ex parte deprauatos, & tum principio tum fine carentes, incidimus. *Hactenus ille, è cujus dictis cognoſcimus, jam tum præclariſſima, & præcipua iſthæc maximi uiri commentaria, temporis injuriâ & librariorum negligentiâ peſſimè fuiſſe mulctata. In eodem uolumine quod in plures libros fuiſſe digeſtum tertij apud Pappum commemoratio, apertè docet, id etiam congeſſit, nempe quo pacto quinque illæ Potentiæ quamuis figurâ longè diſſitæ ad unicam demum redigerentur naturam. quæ cum dudum una cum integro opere ingenti ſtudioſorum jacturâ perijſſent, Guidas Vbaldus, è Marchionibus Mōtis uir nobilitate inſignis, & ueteribus illis doctrinâ & ingenij felicitate meritò æquandus, egregio conatu libris Mechanicorum ab ſe*

*editis cumulatè reſtituit. Scripſit quoque Heron de Aquarijs Horo-*
*logijs tractatum, quem ὑδρείων ſimpliciter nominat Pappus in Pro-*
*emio octaui. In commentarijs uerò in quintum Magnæ conſtructio-*
*nis Ptolomæi librum eundem ὑδρείων ὡρωσκόπων, appellat, Ejus-*
*dem meminit et Proclus in libro Aſtronomicarum Hypotypoſeon,*
*ſed & idemmet Heron ſibi fidem aſtruit in ipſo ſpiritalium limine,*
„ *ita enim ſcribit.* Prӕterea cum arbitraremur conſentaneum
„ eſſe tractationem hanc cohærere ei quæ de Aquarijs Horo-
„ ſcopijs in quatuor libris eſt tradita, de ipſa conſcribere in-
ſtituimus. *Sic ille. cujus labor ſuperſit nec ne, planè incertum. Ha-*
*bemus ex eodem Pappo, alium quoque librum ſcripſiſſe, ζυγίων, quē*
*ad Automaton doctrinam pertinuiſſe ex ejuſdē Pappi uerbis haud*
*obſcurè colligitur, ait enim:* vocant autem Mechanicos, anti-
„ qui etiam eos qui admirationem pariunt, quorum alij qui-
„ dem per ſpiritus artem exercent, ut Heron, Pneumaticis, a-
„ lij per neruos & funes animantium motus imitari uiden-
tur, ut Heron, Automatis, & Zygijs. *Scripſit præterea quædam*
*ex Eutocij in Archimedem teſtimonio de Camarеis, quæ Iſidorus*
*Miletius, nobilis Mathematicus, & ipſius Eutocij præceptor, com-*
*mentationibus adaucta illuſtrauit. Harum Machinarum deſcrip-*
*tionem quandam habemus in calce libri Belopoeecôn, ſed eam ita*
*breuem, mutilam, diminutam ut omnis ſpes felicioribus etiam in-*
*genijs quicquam circa eas proficiendi prorſus adimatur, uerba ejus*
*quibus earum conſtructionem pollicetur hæc ſunt:* fiat id quod Ca-
„ marium uocatur eâ forma quæ ſubijcitur. *Eodem loco etiam*
„ *de Cambeſtrijs agit ita ſcribens.* Conſtruantur autem ea quæ
„ Cambeſtria dicuntur, hoc pacto. *Figuris Auctorem, probatiſ-*
*ſimis, ſermonis obſcuritatem breuitatemq; temperaſſe æquum eſt*
*credere, quod uel ex ejus uerbis elicitur. Verum enim uero quæ mo-*
*do manuſcriptis in codicibus (neque enim typis Cauſa circumferun-*
*tur) extant diagrammata, adeo peſſima ſunt & barbarè, ut ita di-*
*cam, lineata: ut potius officiant quàm opem ullam etiam accuratiſ-*

*ſimè*

*ſimè legentibus afferant. quo uitio omnes fere laborant Græcorum libri de Machinis, qui ex ueteribus exemplaribus exſcripti ad hanc noſtram ætatem peruenere. Porro hujuſcemodi Camaricarũ Cambeſtriarumq́; qualis forma præcisè fuerit, quisue uſus: ex ipſo quod extat ueſtigio conjectari non eſt facile. quamobrem dolendum nobis ualde eſt ea perijſſe, quæ Iſidorus confecerat commentaria. Habemus ex Valla in libris ſupra commemoratis Heronem noſtrum quædam ad Geodæſiam ſpectantia conſcripſſe, unde ſe nonnulla utilia decerpſiſſe fatetur. Nos hominem falli, nominis & profeſſionis ſimilitudine ſeductum, arbitramur. Alexandrinum enim hunc noſtrum Heronem de Gæodeſia ſcripſiſſe, antiqui & probati auctoris teſtimonium non habemus. illud autem non ignoramus, junioris Heronis, quem Mechanicum dicunt, eâ de re libellum, uolumini de Bellicis Machinis quod Franciſcus Barocius Latinum fecit, adnexum circumferri. Errauerunt autem eadem ex cauſâ homines quidam aliâs non indocti, juniorem ipſum cum ſeniore confundentes, meritò quidem culpandi, ſiquidem junior ipse uetuſtioris apertam mẽtionem facit. obſeruauit id oculatiſſimus Lipſius l°. de Machinis p°. Dial. 6.* Sub imperatoribus, ait, de juniore loquens, Græcanicis & in Chriſtianâ religione, quod ex ſcriptis innoteſcit, uixit: alius ab Herone illo Alexandrino uetuſtiore, qui Mechanica item ſcripſit. *hæc ille. Cæterum alium quendam ab his diuerſum fuiſſe Heronem qui de re ruſtica egit: docet nos Gyraldus in l°. quem de re Nautica edidit c. 4. inquit enim* Heron Græcus ſcriptor diligens, ut qui ex utriusq; linguæ auctoribus libros xx de re ruſtica ſcripſit, & quem eſt imitatus, ut puto, Conſtantinus ille imperator qui locupletius rem ruſticam totidem libris & totidem pleraque uerbis ijsdem ferme ex auctoribus complexus eſt. *Porro Heronis noſtri librorum, qui temporis edacitatem, ferè incolumes euaſere laudatiſſimi ſunt ij quos περὶ πνευματικῶν hoc eſt de ſpiritalibus ſcripſit, item αὐτοματοποιητικά, hoc eſt Automata ſeu ſpontanea, et*

*βηλοποιηκὰ ideſt telifactiua, Cætera uero commentariola in quibus* χειροβαλίστρας κατασκευὴν καὶ συμμετρίαν, *hoc eſt Manuballiſtræ commenſum et conſtructionem docet, item illa in quibus de Cambeſtrijs & Camaricis, ut dictum eſt, agit:* σχεδιάσματα *potius quam juſta uolumina eſſe appellanda arbitramur. ſpiritalia, Federicus Cõmandinus Latio dedit, & luculentiſsimis figuris exornauit, à quo accipiens Alexander Georgius uernaculè uertit & eruditis annotationibus locupletauit. Automata nos cum adhuc adoleſcentes eſſemus & ejusdem Commandini familiaritate Mathematicarum addiſcendarũ gratiâ uteremur, in maternam linguam transtulimus, figuris noſtro marte expreſsis ad auctoris mentem, illuſtrauimus, & Venetis typis pro operis dignitate cuſa in lucem dedimus. Poſtremò egregium* βελοποιϊκῆς *libellum, quem Græcè manu propria exſcriptum, licet innumeris mendis ſcatentem, Emanuel Margunius Cretenſis, uir doctus & probus, Patauij, dum ibi ſtudiorum gratia moraremur, tradiderat, nos à nemine antea tentatum Latinè fecimus & figuris itidem ex Auctoris mente conceptis, ornauimus, tum*

l. 16. *annotatiunculis illuſtriorem & clariorem fecimus. Hieronymus Cardanus portentoſi ingenij uir, & non immerito à Scaligero caſtigatus, in libris, quos de rerum ſubtilitate conſcripſit, cenſorio ſtilo ſpritalium tractatum examinans ait,* Negari non poſſe ea quæ
" docentur ingenioſa eſſe, & jocunda, at eadem commodita-
" tis parum, & utilitatis humanis uſibus afferre, *ſubdens* He-
" ronem in eo genere Vitruuij æmulatorem fuiſſe. *Vtrumque perperam et peruersè. quis enim inutilia ea dixerit putaueritue, quæ honeſtæ uoluptati deſeruiunt, & animum curarum pondere fatigatum, dulci, & innocua quadam delectatione reficere, & ſubleuare valent? quisue negauerit, ſi non id proteruè & pertinaciter, Cucurbitulas, Lucernas, Syphones, Horologia, & cætera ſexcenta ejuſcemodi inſtrumenta magnam paſsim humanæ indigentiæ ad quotidianos uſus utilitatem & commoditatem afferre? quod autẽ ad Vitruuij æmulationẽ pertinet, oppidò ineptiſsimè. neq; enim eodẽ*

*auo*

*æuo duo iſti floruerunt, fuit enim Heron Vitruuio uetuſtior, utpotè, qui illum uno ſæculo hoc eſt centum ferè annorum ſpatio anteceſſerit. Cæterum haud immerito quiſpiam dubitauerit, quam ob rem Architectus Heronis noſtri nomen ſilentio præterierit. Nos ideo factum putamus quod ille Cteſibio utpote inuentori, ea tribuere maluerit quæ ab Herone locupletiora, & illuſtriora quàm ipſe à magiſtro accepiſſet euulgata fuere. & ſanè laudanda inprimis eſt Auctoris noſtri modeſtia, non ſua pro ſuis, minimè uenditantis, ita enim ueritatem liberè faſſus eſt in ipſo Proœmio ſpiritalium, ſcribit etenim.* Neceſſarium fore judicauimus quæ ab antiquis tradita ſunt in ordinem redigere, & quæ nos ipſi inuenimus exponere. *item in Belopoeecis doctrinam ſe ueterum illuſtraſſe his uerbis apertè profitetur.* Itaque quoniam ij qui ante nos fuerunt licet multa de Belopoeecis commentaria confecerint, Machinarum dimenſiones diſpoſitionesq; docuerint: nullus eorum tamen inſtrumentorum conſtructionē & uſum ritè expoſuit, ſed omnes uti de re nota ita ſcripſerunt, quare optime factum judicauimus ſi ab ipſis accipientes, examinaremus ea quæ ad hanc facultatem pertinent inſtrumēta. *Eodem animi candore idem proteſtatur in primi, & ſecundi libri Automaton Prooemijs. Hæc ferè ſunt quæ nobis de Auctoris hujus uitâ, & ſcriptis noſtra diligentia ſuggeſſit. cætera obſcura ſunt, quippe quæ nec per manus tradita, nec hiſtorica fide ab aliquo ſcriptore uel aliud ſaltem agente delibata ad hanc noſtram ætatem peruenere. Si tamen debili quadam, & pertenui conjecturâ uti licet, uideri poterit, hunc Romanos, et Latina non ignoraſſe. etenim in ſpiritalium libello, ubi de concauæ ſphæræ conſtructione agens, Aſſarij meminit, Romanum eſſe uocabulum atteſtatur. Porro Philoſophiæ cuipiam dediſſe operam luce ipſa meridiana eſt clarius, ita enim ſcribit in ipſo ſpiritalium Prooemio, uacui naturam examinans.* Etenim per conjunctionem aëris, ignis, aquæ, & terræ, & tribus elementis, uel etiam quatuor inter ſe congredientibus, uariè

,, diſpoſitiones efficiuntur, aliç quidem neceſſarios uitæ no-
,, ſtrç uſus præbentes, aliæ uerò terribilem quãdam admira-
,, tionem mouentes. *De uacuo uero diſputans, ita inquit.* Alij uni-
,, versè nullum omnino uacuum eſſe affirmant; alij coacer-
,, uatum quidem naturâ nullum eſſe uacuum, ſed ſecundum
,, exiguas partes diſſeminatum in aëre, & humido, & igne, a-
,, lijsq; corporibus: quibus maximè aſſentiri conuenit. *Ex*
*quibus uerbis facile eſt colligere, hunc Ariſtotelis dogmata, ab ipſa*
*rerum naturâ uacui naturam ablegantis, minimè fuiſſe ſecutum.*
*Democriti certè & illius imitatoris Epicuri doctrinam hauſiſſe ui-*
*deri poteſt. Aſſerunt enim, Duo eſſe tantum principia, corpus, & i-*
*nane. unde Lucretius inter Latinos Epicureorum dogmatum egre-*
*gius aſſertor ita cecinit l°. p°.*

*Nec tamen undique corporea ſtipata tenentur*
*Omnia naturâ, namq; eſt in rebus inane.*

*Præterea ipſemet Heron de aëre agens. Aër inquit, ut placet ijs*
,, *qui de Naturâ tractant, ex paruis leuibusq; corporibus conſtat no-*
,, *bis plerumq; non apparentibus. En tibi ex ejusdem Democriti, &*
*Epicuri ſententiâ, minutiſsima in rerum naturâ inuecta corpuſcu-*
*la. Cæterum noſter iſte poſt longam contra Peripateticos, ut apparet,*
*diſputationem, ita claudit.* Dicentes igitur uniuersè nihil om-
,, nino uacuum eſſe, poſſunt ad hæc multa excogitare argu-
,, menta; & fortaſſe oratione magis perſuadere, cum tamen
,, nullam ſenſibilem demonſtrationem afferant. *Hæc ille, qui*
*principium illud acerrimè defendit nempe vacuum natura qui-*
*dem intra corpora eſſe diſſeminatum, ejus uerò coaceruationẽ præ-*
*ter naturam et uiolentam eſſe. nec illos audiendos qui, ut ipſe ait, de*
*his contrarias licet probabiles afferunt rationes.* vacuo enim
,, non exiſtente, *inquit*, neque per aërem neque per aliud cor-
,, pus ullum, poſſet lumẽ transire, aut caliditas, aut alia po-
,, tentia corporea. Nam quomodo radij ſolares per aquam
,, in fundum uaſis penetrarent? ſi enim aqua non haberet
poros

puros, ſed radij aquam ui ſcinderent: contingeret, uaſa plena ſuperfundi, quod fieri non uidemus. *Eadem ferè Lucretius, ita ſcribens.*

*Quapropter locus eſt intactus, inane, uacansq;*
*Quod ſi non eſſet, nulla ratione moueri*
*Res poſſent, namq; officium quod corporis extat*
*Officere, atq; obſtare id omni tempore adeſſet*
*Omnibus; haud igitur quicquam procedere poſſet*
*Principio, quoniam cedendi nulla daret res.*

*Liquet igitur hinc, Heronem noſtrum in Phyſicis Epicuri fuiſſe imitatorem: ſed & in ijs quæ ad mores pertinent. felicitatem enim, ut in Belopoeecorum Proœmio uidere eſt, cum illo Philoſopho in uitæ fiducia & ſecuritate quam cum eo Græcè ἀταραξίαν nominat, collocare uidetur. Floruit Heron circa Olympiadem ſexageſimam quintam poſt centeſimam, hoc eſt ante Chriſtianam ſalutem anno centeſimo ſupra vigeſimum. Archimede uerò integro ferè ſæculo junior.*

FINIS.